



De ratione victus salubris,

<https://hdl.handle.net/1874/437252>

2

DE RATIO,

NE VICTVS SALVBRIS, AV-
TORE GVLIELMO IN-
SVLANO MENAPIO
GREVIBRUGEN/

SI.

Opus nunc recens natū, & in lucem editum.

*Cum præfatione paulo longiore, ad instar iustæ
Declamationis. In qua laus & utilitas
quocq; diatetices continentur.*

COLONIAE, APVD IOHAN-
nem Schoensteniū, An. M. D. XL.

Heisryanus in Menapij laudem.

In lucem ueniant, ueniant tua scripta Menapi,
Aeterno dignum nomine surgat opus.
Viuat opus quodcunq; paras, quodcunq; parabis,
Ista uelint nolint tempora, uiuat opus.
Exactum licet esse neget gens inuida, uiuat,
Huic meritas laudes postera secla dabunt.
Non nimium curas probet, improbet æmula librum
Turba, bonis mauis quam placuisse malis.
Fallitur gens stulta, rudis, gens improba dæmens,
A uiuis uiuo gloria rara uenit.
Te tua mens, tuus ipse labor tua lingua beatum
Auctum & perpetuis laudibus efficiens.
Te tua posteritas Ciceronem sepè uocabit,
Tegi ut Vergilium mente manuq; teret.
Ergo age Nasutos contemnes, deniq; Nasos,
Atq; canum rabiem, Zoileasq; notas.

AMPLISS.

CLARISS.QVE VIRO IOHAN-

NI VLATTENO ECCLESIAE


Xantensis Præposito, & illustrissimi D,

Gulielmi principis Iuliae, Gelriæ,

Cliuiae & Bergis, à consilijs

Gulielmus Insulanus

S. P. D.



RTIVM scriptores o-
mnes excellētes, Ampliss-
ime clarissimeq; uir, du-
plicem ferē uiam in scri-
bendo mihi tenuisse ui-
dentur. Nam aut cœlesti
sorte quadam & ingenij
industriæq; felicitate res
ipſi nouas per ſeſe inuenie-
runt, aut ab alijs inuenetas,
minus aut dilucidē copio-
ſeve traditas, ſcriptis ſuis
explicuerunt, auxerunt,

& prout cuiusq; captus fuit, in aliam atq; alia formam
ordinemq; retulerunt. Eundem tamen utriq; finem ſecu-
ti, nempe ut & utilitatem ipſi publicam iuuarent studi-
orum, & ſuis posterisq; ſeculis nomen ſuum commen-
darent. Id quum ubique artium nos uſu ueniffe uideau-
mus, tamen haud ſcio, an certiore maniſtiorēq; exem-
plo, q; in libris medicorum ſalubritatem uictus proſu-
tentium. Nam quantum longiſſimē ſeſe mens mea por-
rigere potest, ante Hippocratem Coum medicinæ oīs
professorem, neminem unum fuiffé inuenio, qui uictus

NVNCPATORIA

salubris describendi formā ac rationem ex professo sibi
sumpisset: aut si quid eius extitit, ita totam tamē eius ar-
tis gloriam & splēdorem occupauit Hippocrates, unus

ut ipse omnium, qui ante se fuerunt, nomen & memo-
riam facile obscurauerit. Quanquam non defuerunt po-
ste, qui siue inuidia, siue ignoratiōe librum eiusdem la-
p. 1. a pho lubris uictus præcepta & obseruationes quasdam conti-
rif. Hipp. nentem, alijs astruxerunt: quidam Aristoni, Philistioni
partic. 6. quidam, Pherecidi etiam nonnulli. Sed utcunque tandem
sit, totus ipse liber Hippocraticam mentem sententiāq;
referens nostrum hunc in antiqua possessione tituli glo-
riæq; facile conseruat, ut non immerito ipsius esse statua-
mus. Verum quia nonnulla ab hoc ut in primordijs ar-
tis illius subobscure, quædam succinctè nimirum tradi-
ta fuerunt; subsecutus hunc est singulari fatorū, opinor,
clementia fauoreq; erga genus humanum Galenus per-
ganeus, qui quasi face quodam prælucens uiam ad me-
dicinæ patefaceret adyta, & reconditos quoque sensus
Hippocratis euolueret illustrareq; edito libello sub sa-
nitatis tuendę titulo. In quo quidem tu dubitare possis,

Huiusmē tioneñ fa- maij ne fuerit felicitas Hippocratis, tam fidelem & cō-
cit Pli. in modum natī interpretem: an Galeni, talem tantumq;
7. nat. his. patronum & autorem sortiti, ad quem omnia sua decre-
li. ca. 37. ta tuto referret. Quāquam, fateor, inter Hippocratis &
& li. 26: Galeni ætatem alios quoque medicos dixeritos(ut sic
ca. 3. fuit dicam) interuenisse, Polybum uidelicet, Dioclem Ca-
cōtempora rystium, Asclepiaden, & Themisonem. Verum Polybi-
neus Cn. opus apparet imperfectū, nec satis bona fide ubiq; reddi-
Pompej tū. Diocles itē succinctus est, & q; suoꝝ p̄ceptoꝝ minus
Magni, horꝝ spacio peritū faciat lectorē. Asclepiades aut ē quis
Eodē Ci. multa in rē nostrā uisus fuisset p̄stituisse, ingenti etiā edito
se scribit uolumine, quo ad communia quēdā auxilia pr̄ceptaꝝ
& amico & medi/ totam medendi rationem astrinxisset, abstinentiam ui-
co uisum, delicet modo cibi, modo uini, frictiōem, ambulationē,
lib. 1. de gestationem, tamen obtinere homo nouus in professio
Orat.

EPISTOLA

ne medicinæ non potuit, qui prius rhetor parum questus
osus fuisse, ut in artis alienæ tractatione parem persuas-
den di uim & gratiam cōsequeretur. Quum alioquin in-
signia experimentorum aliquod edidisset miracula, gra-
uissima etiam & difficilima sponspione in se recepta, ut si
des scriptis eius abrogaretur, si repertus unquam inuali-
dus in uita fuisse. Verum huius monumēta simul cum
autore desiere, succendentibus statim, qui contradicerēt.
Tamen si magno bono publico accidisse uideri poterat
Asclepiadiſ libros in columnes in ulteriora tempora mā-
ſiſſe. Nāc tātus scriptor æquiorem fane iudicem inue-
niſſet posteritatem, tepefacta iam inuidia. Præterea fru-
ctum aliquem subsecutæ ætates ex tanta uarietate scri-
ptorū, & ex eloquij facultate uoluptatem percepſſent,
ut in argumento parum capaci sermonis elegantioris. Themiso
Nam Themisonis, qui postea in eadē professione Ascle-
piadi ſuccellit, nihil præter nudum nomen retinemus. nisi nomē
a Galeno
Cefo, &
Plinio in-
terdū eō
memora-
Omnium igitur ante ſe laudem, quod fateri liceat, ſupe-
rauit Galenus, industria, copia, nitore, uarietate. Et quā-
uishæc gloria merito debetur Galeno, uisi tamē plerique memora-
ſunt ſimul cum breuitate (quod difficile habeatur) faci tur,

liorem tradendī modum in eo desiderauiffe. Cæterum
quod modum ipſe ſtilo imponere non didicit, eſt hoc quod
dem ipſi commune cum doctis & hubere præditis inge-
nio uiris, qui quamuis plus iusto interdum in dicendo
ſcribendoque prouehantur, ipſi tamen ſibi parcē locuti fu-
iſſe uideantur. Et accedit ad difficultatem captus intelli-
gentiaeque mediocrium & inexercitatorum ingeniorum cir-
ca lectionem Galeni: quod in eo de sanitate tuēda libel-
lo ſubindē miscet alia quædam, dum modo pharmacis
medendi rationem oſtendit, modo ad balneorum, un-
tionum, frictionumque ſua tempeſtate plus ſatis frequen-
tiū ſuperſtitionem nos reuocat, innocentioribus & fan-
tioribus poſtea temporibus interdictā. Quod niſi quis
reliqua Galeni quoque percepta meditataque habeat, tenuē

NVNCPATORIA.

sanè cognitionem totius libri uideatur consecuturus.
Quo quidem in negocio minus nos esse ambitiosos ue-
rè fateri posse uidemur, ut illud quoque commemo-
rus, distinctionem quendam ordinem & uiam paulo
plus habentem compēdij ac facilitatis nos secutos. Dū
de rebus illis sex non naturalibus ex ordine tractamus,
nempe, aëre, exercitatione, cessatione sive quiete, cibo
& potu, somno & uigilia, inanitione & repletiōe, ac po-
strem de affectionibus animorum. Quæ quidem res
coniugatione sui sex numero, alioquin plures, vulgo di-
ctæ sunt non naturales, non quia sint præter naturam,
sed quia sunt quodammodo nostræ electionis & arbí-
trij, extrinsecus aduenientes, quodq; usu, effectibusq; su-
is aut iuvant, aut impediunt naturam, eiusq; facultates.
Sequor autem hic communem loquendi modum, quē
si cum bona medicorum omnium pace liceat in melio-
rem uertere, res non naturales dixerim necessarias qui-
dem, sed diueritate usus sui salutares aut noxias. Verū
quia hæc peristasis nimis apparet longa (nec tamen sub
inde uenit in necessitatem & usum mos iste loquendi,))
sustinebimus pristinum illum efferēdē rei morem, quo-
ad meliorem reperiemus. Iam uero, ut me etiam cōuer-
tam ad posteriores illos medicos longiore relictos in-
teruallo à Galeno. Nam qui proximē successerunt, lon-
go ipsi catalogo referendi, pro se quisque lucis & utilita-
tis aliquid attulerunt ualetudini cognoscendæ, instau-
randæq;: nemo tamen, quod sciam, uno aliquo singula-
ri compendio rem totam comprehendit, præter unum
Plutarchum. Sed generatim tamen ille & breuiter atti-
git, ita ut inter artis principia constitisse uideatur, non
quo necesse erat, fuerit progressus. Posteriores uero illi,
quorum statim mentio facta, licet sparsim alij aliter rem
nostram tractauerint, n̄ tamen qui ad imitationem Ga-
leni in iustum libelli formā diæteticen redegerunt, adeo
nihil insigni dignū emulazione præstiterunt, ut longius

EPISTOLA

multo gloriæ, quām temporū interuallo sīt relīcti pos
teriores. Quorum de numero sanè fuerunt Arnoldus
Nououillanus, Magnanimus, & Monpessulanus quidā.
Nam ut doctissimimodo uiri fuerint, quod quidem li
benter concedo, nullam tamen ipsi curam habuerunt,
res pulcherrimas omniumq; cognitione dignissimas ali
qua sermonis gratia uenustateq; commendandi. Ut ne
interim præteream, non eo, unde oportebat, petītā pla
citorum suorum fidem. Nam quum contenti fuerint te
stimonij & autoritate Pœnorū & Arabū quorun
dam, consensuq; uulgari suorum temporum, non pos
sunt profecto præsentis seculi iudicij & ingenij, ad fa
stidium usque delicatis satisfacere. In quo dispar ratio
nostra cum illis scriptoribus fuit. Siquidem ubique da
ta à nobis opera diligēter est, ut, quoad fieri posset, can
dorem & proprietatem sermonis latini retineremus, &
ad uetustissimorum probatissimorumq; autorum ferē
censuram, ceu ad Polycleti regulam statuarij, totam ar
tem exigeremus, adductis interdum sententiæ nostræ
probationibus, ubi locus uidebatur. Atque hic ego m
a lui subire crimen accusationis, qua deferrer fidem & cō
sillum fecutus alienum, ceu pedarius quidam senator, q
mihi autoritatē iudiciorum tanquam propriam su
mere, & per hoc quoque pārum confirmatū relinquere
imperitum adhuc lectorem, id quod uideri potuisse
partim arrogantis & temerarij scriptoris, partim de stu
dijs malè meriti. Quanquam, si oporteat, exemplum
nostrum, alieno uidelicet confecta ingenio repetendi,
compluribus alijstueri possimus. Nec enim uerendum
est, ne male scriptum habeatur, quod sāpius scribitur,
dummodo cum utilitate aliqua legentium scriptum fu
erit. Qđsi q̄s rursus erit, q̄ operā nostrā hāc tāq; tumultu
aria, & ex multis partibus temerē collectā existimabit,
idē uelim, sumat sibi cogitationē hiois sobrij & prudētis

NVNCPATORIA.

ad punctum temporis, secumq; exp̄dat, possit ne unus aliquis multorum autorum decreta & opinione simul in eundem locū congerere, partim concordes, partim re pugnantes, easdemq; interdum conciliare, causas etiam rerum, dum necesse est, afferre, qui non in arte fuerit fide liter uersatus. Ut enim eruditionem excellentem mihi non uendico, ita nec stuporis aut ignorantiae omnis cri men in me recipiam sine manifesta contestatione factæ mihi iniuriae. Tametsi hic quoque parcus mihi loquendū intelligo, ne ea, quæ ad defensionem causæ negotijs mei, parata certe sese obtulerunt, ad laudationisp; priæ opportunitatem adhibita fuisse uideantur, de quo tamen postea uiderint legentes. Nam opus artificem, ut est in proverbio. Itaq; conuertemur ad mentionem argumenti, cuius ea sancta natura conditiōq; est, ut uel eius solius gratia commendationeq; æquitatem animorum nobis maiorem futuram speremus. Nanque ea tractamus, quæ amœna lectu, iucunda cognitione, necessaria sunt uitæ, rationem uidelicet sanitatis tuendæ demonstrantes. Ad cuius quidem operis lectionem, nulla excitatione opus video, quum naturæ instinctu omnes sanitatem intelligam appetere. Enim uero sanitate carentes, quid reliquum habemus, cur in uita manere uelimus? Aut tanta amœnitate orbatis, quæ tandem consolatio superest, nisi à spe sumpta recuperandæ sanitatis? Iure igitur Plato in suis legibus enumerans bona humana, qua tuor numero uidelicet: Primum locum dat sanitati, proximum formæ, tertium uiribus, ultimum diuitijs, Recto quidem ordine, sapientijs usus iudicio uir diuinus, quod liqua illa tria bona statim recensita. Sed heu pudor, tam preciosum & amabilem thesaurum, rebus omnibus præ runque negligentius asseruamus & tuemur, & ut ferè sit in rebus quibusq; nobis charissimis, non nisi amittendo cognoscimus. Cæterum posse nos salubritatem corporis

EPISTOLA

ris nostri tueri instaurareq; uictus certa moderatione le-
 get, quoad sanè per naturam licet, magno consensu à
 priscis philosophis medicisq; receptum olim est; quam
 quidem sententiam insecura posteritas quoque cōpro-
 bauit, editis alijs super alios, libris, quemadmodum re-
 tro monuimus. Quo quidem in negocio nec à me expe-
 ctabit aliquis, quod hactenus nondum uidemus fuisse
 præstitum, ut certam unius generis legem uiuendi statu-
 am, cui singuli, qui obediant, uitā salubriter agere que-
 anti; id quod factu sit & dūrator in tanta uarietate naturæ,
 etatuum, temperamentorum, regionum, consuetudinū,
 studiorum, exercitiorum, ac reliquarum item rerum, ut
 ne interim illud omittam, singulos propemodum ho-
 mines se met sibi subinde immutare. Ad firmorem er-
 go certitudinem artis nostræ faciet, si unusquisq; in consi-
 lium se met adhibeat, exploretq; naturā suam, ut qui-
 bus illa rebus potissimum iuuetur offendaturue. Nulli
 us quippe sensus tā est stupidus aut hebes, opinor, quin de prisca
 facile percipiāt Ieuamenta nocumentaue naturæ. Ta/
 mens doloris sensum nescio quomodo teneriorem esse,
 q; uoluptatis, quorundam est philosophorum diligen-
 tia obseruatum. Verum de his, quā opus erit. Ad præ/
 sens autem expetibilem omnibus cognitionem uictus in s. li. de
 arte quadam castigati ostendam, si prius redarguero ua-
 nitatem certorum hominum utilitatem artis nostræ ele-
 uantium. Quod quum peractum erit, ante oculos pro/
 ponam conferamq; artis pharmacis medentis commo-
 da cum nostris, ut ijs simul perspectis, tandem pro indu-
 stria prudentiaq; tua tecum deliberes ac iudices, utrius
 tu potius commoda in uulgaribus istis ac facile sanabi-
 libus malis eligere debeas, pharmaceutices ne, an dixete
 tices. Sed audiemus prius rationes, uel nugas potius ar-
 tem nostram calumniantium. Sic enim ferē argumen-
 tantur. A deo sunt unicuiq; hominum certa uiuendi p/
 scripta spacia, quæ nulla nos arte industriaue præterire.

monuit et
 hoc Hipp.
 in li. deut.
 etus rati.
 i. et in li.
 medi. Et
 Gal. in. 5.
 li. de fa. tu.
 Princeps
 hor. Pla.
 in s. li. de
 legibus, et
 Cic. parti.
 li. i. Tus.
 quest.

NVNCPATORIA.

ualeamus. Quibus breuiter respondeo: Non hoc queri à nobis, ut præsinitum uitæ terminum transeamus, (tametsi nonnullis scio sententiam modo propositam divisible, sed uelimus eam esse rectam.) Non enim adeo sumus amentes, ut aduersus necessitatem fatorum uelimus luctari, quibus ne dñ quidem repugnat, ut dici puerbio solet. Verum id efficere conamur, ut intelligat unusquisq; cui nostræ institutiones erunt curæ, qua ratione constitutum uiuendi tempus non anticipet, quod quidem rectè fiet ab eo, in cuius erit libertate & arbitrio hinc electio & usus ualeutudinis commodorum, illinc evitatio periculorum. Quot nang; homines credas inter

hjſſe ante diem legitimum cibo & potu tā nimio, quam alieno tempore modoq; sumptis? Quot enectos labore immodico? Quot confectos uigilijs, curis, angore, tristitia spiritum ante tēpus exhalasse? Quot luxu, mollicie, desidia, torpore resolutos emarcuisse? Quot ex aëris iniuria uel contagione grauissimos & interdum lœtales morbos contraxisse? Plena est uita nostra huius generis experimentorum, quo minus necesse habeo fidem petere, uel ex historiæ exemplis, uel ex demonstratiōibus notaturalibus. Quod si eiusmodi casus omnes ad ineuitabilem fatorum legem referre uolumus, nihil dico amplius, quam parum utiliter nobis dācam libertatem arbitrii uersantem circa dispensationem uictus & functiōes naturales: (Nā ulterius progredi nolo). Sin uero ars est aliqua, sicuti certè est, quæ cognitiōem distinctionemq; docet naturæ commodorum & periculorum, salutariū & pernicioſarum rerum, haudquāquam illa uidetur in postremis habenda. Sed quoniā in hanc disputacionem forte deuenimus, libet rem totam paulo repetere altius. Deus ipse omnium autor, nihil usquam frusta produxit, ad salutemq; ac utilitatē generis humani res cunctas creauit. Indidit ergo certis hominibus mentem, monstrauitq; artē, qua & præsentibus mederentur mor-

De crapula habes
Eccī. 3. 7.

De tristitia puer.
17. et 25
si q; pter
rōnes &
experimē
ta, fidē au
toritatē
q; deside
rabit sa/
craꝝ lite
ratum.

EPISTOLA

bis & præseruarent, quos uellent, à futuris. Eos qui id p
bē diligenterq; præstarent, honorandos quoq; præcepit,
uel quod illis tāquam organis ipse utitur ad tutelam ua
letudinis nostrę, uel quod iđem benefica liberaliq; mor
tales iuuandi uoluntate dei Opt. max. numen & beni
gnitatem in terris quodammodo referre uidentur. Nec Ecc. 38/
Uero ijs saltem finibus hæc dei bonitas liberalitasq; con
stituit, homini soli, ut notitiam discrimenq; cōcederet re
rum salubrium & noxiarum, ad bruta quoq; animātia
hæc est liberalitas extensa. Nam pleraq; eorum afficta
herbarum certarum & elabendi industria, tum aduer
sus uenenatorum iectus animalium, tum impetus uiolen
torum sese tuta præstare norunt. Cōcessit quoque alias
artes, quibus se foetusq; suos regat. Quæ certe facile nos
admonere debebunt, nostram salutem & incolumentem
Deo optimomaximo curæ cē, quod quum sanguis
nem & uitam dedisset, artem etiam nos nosse uoluerit,
qua instructi freti q; uitam salubriter ageremus. Nam a
lia summa & incomparabilia dei beneficia in nos colla
ta singulare argumentum & tempus amplius desiderat.
Nec uero tam pulchræ artis cognitionem ipse concessis
set, nisi utilē & necessariam nobis fore iudicauisset, sic
uti reliqua quoq; sua munera omnia. Sed sum nimium
hic multus, ut in re manifesta facileq; persuasibili. Nunc
igitur aliam obiectionem audiamus, quam quum ad
uersarij nostræ artis uelint plurimum ualere, tātum ab
est, ut hoc obtineant, ut uanitatem ipsi suam multo red
dant manifestiorem. Aiunt uero plurimos homines par
tim intēperantioris, partim negligenteroris uiuctus in mul
tam usq; perdurare æratem, nullis quæsitis adminiculis
artis. Quibus ego respōdeo: Sanum perfecte hominem
sanitate exquisita me nolle certis astringere uiuendi legi
bus, interdico tamen tum intemperantiam, tum da
mnatarum à nobis rērum frequentem usum. Nam
& si noxa fortassis ad tempus occultabitur, exeret

NVNCPATORIA.

Lib. 3. de
cav sym.
& in cō.
sup pro/
rherica
Hippoc.

sese tamen postremo, & grauissimam certissimamq; poe
nam afferet neglectæ salubritatis curæ, si Galeno credi-
mus. Rursus lautam & morosam curiositatem impro-
bo, quod quatenus faciam, suo loco intelliges. Illud sal-
tem dico, si idem bene pauci longæui, quorum statim
est mentio facta, legem aliquam sibi didicissent prescri-
bere temperantiae elegantiæq; uitam profecto longius
continuare potuissent. Quanquā simili quoq; argumen-
to tibi proferre possim multos natura debiles ad matu-
ram usque senectutem peruenisse artis nostræ beneficio
fretos. Quod si in periculum contentionis de numero
suffragiorum eatur, apud peritos adhuc dubia maneat
sententia, uiuaciores ne fuerint sintq; posteriores hi per-
petuo ualeitudinarij, an superiores illi ~~eu~~ vol, ut modo pa-
ria paribus referantur, hoc est, ut robustissimi quiq; natu-
ra, sed tota uita incontinentissimi, cum maximè debilibus,
sed frugalibus & temperantibus in comparatiōem
ueniant, idq; singulis obseruatis circūstantiis: Autor est
Aristoteles in libro problematum suorum fuisse philo-
sophum suæ ætatis Herodicum quendam omnium id
temporis infirmissimum habitum, sed qui arte & indu-
stria uictus singulari centesimum uitæ annum impleuer-
rit. Et Galenus aliquoties suammet imbecillitatem fate-
tur quidem, sed artis præsidio sustentatam hix ullū mor-
bum sensisse, nisi quod febri ephemera correptus semel
aut bis sit, oborta uidelicet à lassitudine, dum fideliter &
Narrat a sedulò nimirum amicorum uacat curationi. Sed quid nō
Gal. in li-
de maras.
sive Ta/
be. & in
t. de san.
tuenda.

præstitutum uitæ spaciū conficiamus artis adiumento: quum repertus olim fuerit philosophus ausus illi p' mittere uitæ æternitatem, cuius ab ineunte ætate uictum fuisse moderatus: Cuius quidem philosophi ut cōfiden-
tiā & uanitatē tanquam absurdam & longius aber-
rantem à cōmuni sensu opinioneq; merito damnat Ga-
lenus: ita certe laudauisset industriam prorogatæ in quā
longissimum tempus uitæ humanæ. Nam ut ingenium

EPISTOLA

& industriam commendas philosophi, cuius meminimus (nam erroris patrocinium mihi non fuscipio) suum
met exemplo facile comprobauit. Enim uero quadra-
genarius ipse adeo exhaustus succo & sanguine, ut nihil
ossæ & cutem habere crederetur, arte tamen & mode-
ratione singulari uictus obtinuit, ut non nisi lentissima
tabe confectus tandem occumberet. Ex quo illud tan-
dem colligo, quod facile iam omnibus patere opinor,
permagnam olim artis nostræ fiduciam & usum inter
doctos homines fuisse, ut qui manifestum & insignem
ex ea fructum utilitatem subinde se percipere cogno-
uisserent. Audisti uir Ampliss. Clariss. que comprobata
diætetics nostræ utilitatem & refutatas inutiles qual-
dam cauillationes paucorum forte contradicere nobis
uolentiū. Nūc qd ipsa possit amplius præstare, quā me-
dicina pharmaceutice, cognosce. Nec enim illud uereor,
ne prolixitate sermonis mei tibi fastidium afferā, quem
de rebus istiusmodi coram tecum uerbosius ac forsan
intempestiuus loquentem diligenter auscultare consue-
sti. Etsi enim epistolaris angustiæ fines egredior, facile
me tuebitur siue studium & amor suscepitæ professiōis,
siue magis necessitas artis commendandæ attollendæ q
quam intelligo non omni carituram æmulo. Primum
quidem etsi multi sunt eius generis morbi, qui subitariæ
opem medicinæ desiderant, quo in numero ferè sunt sy-
nanche, peripneumonia, pleuritis, affectiōes coli, ileos,
uteri, casus epilepsiae, breuiter morbi oēs peracuti. Sitq
satius in summis periculis uitæ, sicuti quidam dixit, an-
ceps auxilium experiri, q nullum. Sunt tamen morbi
plurimi, qui præuisi quidem antea, sed nondum inchoa-
ti, uel inchoati utiq, neendum tamen confirmati tutius,
facilius, iucundius artificiosa diætra, quam ulla re alia cu-
rentur, cuiusmodi sunt fere morbi chronicī. Quod qui-
dem quamvis nemo uel mediocriter doctus facile ne-
gauerit, exemplis tamē & testimonij optimorum quo-

NVNCPATORIA.

ii. 2. natu^r rundam scriptorum confirmabimus. Plinius autor pro
hist. c. 18. batissimus narrat certum equitem Romanum Iulium
uiatorem origine uocōtium in pupillaribus annis labo-
rantem hydropē abstinentia potus, castigatiōē⁹ uictus
consecutum maturam senectutem fuisse, consuetudine
uidelicet in naturam conuersa. Refert item Cornelius

ll. 3. c. 21 Celsus contendisse duos excellentes medicos, de sanan-
do quodam hydropico amico Antigoni regis. Ac con-
cepisse quidem utrunc⁹ fiduciam liberandi ægroti, & fu-
eturum etiam fuisse, ut liberaretur, tanta ipse cura diligē-
tia⁹ custodiebatur à medicis, sed illorum ille decepit in
dustriam frustratus⁹ est conatum omnem, malagmata
propriam⁹ deuorando urinam, unde statim pernici-
secula est. Et ne quid interim dubites de artis quæ uictū
instituit, ui & efficacia, paulo post subiungit nō esse dif-
ficillimam morbi curationem, si inter initia corpori, q̄ es

li. 5. de lo
cis affect.
apho 45. quoque facilem esse morbi comitialis curationem ostē-
dit in corporibus iuuenum, non eam quidem à medici-
na petitatam, sed à mutatione locorum temporis & uictus
acceptam. Quū alioquin hic morbus & periculosus sit,
nec facile deserat ægrotum, principium nanc⁹ & mate-
riam habet crassum pituitosum⁹ humorem. Sed quid:
Quod Plato antistes sapientiæ prohibet atram bilē me-
dicinis irritari purgantibus, quod⁹ nec morbos ullos,

niſi periculosisſimi ſint, pharmacis uult ſolicitandos: Sa-
tis⁹ habet oportunum uictum ægrotō cōſtituiſ. An nō
Hippocr. latentia carcinomata boni medici chirurgi⁹ omittunt,
Apho 38 (peiora uidelicet ſcipsis futura, ſi quidem exasperentur)
parti. 6. ſpem tamen aliquam leuandi mali reponunt in uictus
Quis non diffidat de paranda ſalute per medicinam ho-

EPISTOLA

mini pharmaci sumendis exercitato assuetocq; nec tam lib. 10 de
men quicquam subleuato? Quis tabido præfertim circa mor. cur.
imum uentrem laxare aluum ausitat huic lenta refecti & apho-
one tanquam nonnihil profutura iubemur succurre. 35.par.2
re. Quis medicus bonus in accessione uigoreue morbo-
rum acutorum, aut alias robore naturæ deficiente phar-
macis explorare uelit ægrotum? Quis prudens medicus
libenter sumat curandum hominem, uel delicatum na-
tura, uel intemperantem? Quid de æratibus attinet dice-
re? An nō pueris & senibus periculosa medicatio? Quid
de temporum obseruationibus? An non insignes repen-
tineque uarietates cæli tempestatumque, ac certi lunæ
siderumque cursus & circuitus tristern ac suspectam fa-
ciunt curationem? Quis libenter medecatur corporibus
humanis, in medijs uel ardoribus caniculae uel rigorib-
us brumæ? Quis curandum suscipiat mulierem utero-
gerentem à primo mense concepti foetus usque ad quar- Aphorif.
tum, & à septimo usquead tempus partus? Et ut quis Hippo. 1
modo sit, qui molliter eam accipiat, à pharmaci tamēn
purgantibus abstinebit. Quid de generibus morborum
refert loqui? An non multas febres discusserunt cibi po-
tionesq; simul alentes & uentrem molientes? An non Cels. li. 2
stulte faciat pharmaci exhaire uolens laborantem cap. 21.
leuiore catarrho, utpote quem bidui triduiue abstinen-
tia possit sanare? An non breuissimi temporis absti- Idē in 3.
nentia sæpe inflationes splenis & crapulam soluit?
Postremo, quis sapiens medicus homini sano, sed leui- Idē lib. 4
ter caput dolenti medicinam infundat? An non plus cap. 2:
efficerit mali quam boni, carnem uidelicet eliquando,
maximosque dolores & cruciatus inferendo? Atqui Aphorif.
hos omnes simul, quos commemorauit, absque ullo di- Hipp. 37.
scrimine, diaeta reficiendos curandosque suscipit, & ita
suscipit, ut ad integrum interdum sanitatem reducat.
Quod si morbi malitia ptinaciaq; medici curā detrectat

NVNCVPATORIA.

In meliore tamen conditione ægrotum iusta uictus dispensatio relinquit, q̄ propinatio pharmacorum. Rurſus si morbis tantum conferre potest diaeta, quid non efficiat ualetudine sibi utcunq; constante? Et accedit quod peculiaris est omnibus medicamentis natura stomacho aduersandi. Ex quo etiā fit, ut qui crebro multumq; purgantur ἀτροφίᾳ incident & decolore uultus specie cernantur. Ut enim incidente magna aliqua necessitate corpus recte vacuatur, ita non suo loco adhibita vacuatio multis nos molestijs & incommodis afficit. Et ut interim loco pharmaca nobis interdum ministrētur, animo tamen metum & pauorem obīciunt, horrorem inferūt gustui, iniucunde assumuntur, & iam assumpta stomachum & p̄cordia uellicant, tumultum uniuerso uentri excitant, laboriose difficulterq; plerunque emigrant, & si forte moram in corpore faciunt, in uim & naturam uenenī abeunt, nouo iam tum ac uiolentiore indigentia pharmaco, quo ceu clavis clavo propellantur. Horum omnium nihil in legitima uictus administratione, quod si quid in ea difficultatis appareat, id eius accidit uel interperantia consueta, uel mollicie nimia, qui se se tradidit forte curandum. Quamuis eam quoq; commoditatem in diaeta interdum reperio, ut quemadmodum natura se habente equabiliter abstinentiam à pharmacis est, ita tum quoque nobis minus superstitionis esse licere circa uictus observationem. Sicuti rursus error hic commissus, fere minor est cum periculo, quam illic. Ac uero or quidem plurimum futuros, qui me singant prædicatione hac tanta uictus commoditatum medicinæ mediciq; iniuriū, tanquam si eorum ego autoritatem tacite dissimulanterue diminuam, his uel horum similibus uerbis mihi insultantes: Vnde nobis tu nouus Asclepides, qui saltē fretus commendatione diaetæ, tanquam natura facilis & blandæ, abuteris prima illa medicinæ pharmaceutices molestia ad opportunitatem eius utili-

EPISTOLA

tatum eleuandarum: quum res quæcū ut maxime sunt
salutares, ita ferè solent sese minime iucundas ad primū
ostendere occursum. Hac ne uia te ingressum suadere o-
portebat, & hac blandicie iudicia perstringere multitu-
dinis: quæ ut plausibilia quæque facile sectatur, ita pes-
simus esse consueuit cognitor ueri. His ego responsum
reddo, nihil me ipsis grauter imminere, nec eorum pro-
fessionem redarguere, nec rursus malis artibus persuasi-
onibusue plausum me captare multitudinis. Sic enim
profiteor me tractare negocium medicinæ diæteticæ,
quomodo Plutarchus olim, temperatis uel propemo-
dum temperatis naturis salubrem ego diætā common-
stro, quamvis confero aliquid etiā ægris. Medicinæ por-
ro adeo nullam facere iniuriam certum est, ut ipsius di-
gnitatem nobilitatemq; nullis me uerbis assequi posse
fatear. Doleo haec tenus sic tulisse fortunam meam, ut tā
excellentí scientiæ solidam nauare operam nequierim,
qui tantopere artem ipsam amo, non possum non pro-
fessorem artis amare. Tantum abest, ut professus hostis
aut inimicus uelim haberi. Quanquam adhuc nō uideo
qui fieri queat, ut aliquem in me cōcitem medicorum,
neminem eorum stilo configere paratus, tum quod ex
solis placitis optimorum medicorum confirmo, refuto,
interpretor, quæ uolo, tum quoq; quod nec utilitates
diætæ medicinæ fructibus habeo potiores, nisi quate-
rus interdum usus pharmacorū aut inutilis fuerit, aut
superuacaneus. In huius igitur argumenti nostri traæ-
tiōe, si feliciter utcunq; à me desudatum est, (quod qui-
dem, ut sit, magis opto, quam factum cōfido.) bene ha-
bet & lætor officij mei memoriam apud omnem ætate
repositam. Sin minus id efficio, decet me tamē impetra-
re, ut sedulitatem diligentiamq; meam lector æquis ani-
mis suscipiat. Atqui hic cuperem operis nostri lectorem
exemplum imitari boni facilisq; coloni. Cuius opinioni
speiç, quamvis interdum prouentus agrorum cumula-

NVNCPATORIA.

te non respondeat, non ipse tamen uel indignatur messi,
uel poenitentiam doloremq; concipit peracti laboris, ita
in nostro quoq; negocio uelim succedere, ut quamuis
lector quædā offendet minora expectatione desiderioq;
suo, nec mihi de ijs quæ forte omissa sunt, ipse successe
at, & studiorum suorum facturam quantulocunq; per
cepto fructu compenset. Quod si priscis illis& obsoletis
philosophis Empedocli, Anaxagoræ, Democrito, Leu
cippo, Zenoni, Parmenidi alijsq; eius farinæ, magnam
olim gratiam habuit docta antiquitas, quod illorum li
cet crasse ac perperam inuentis, multum tamen ad uer
tatis inuestigationem, & philosophiq; cognitionem fuit
adiuta. Mihil certe merito uenire patebit locus, si non u
bique desiderium expleo lectoris, quando nihil à me be
ne maleue excogitatis temere affingitur. Sed quæ pro
batissimi olim scriptores sparsim ac uarie de tuenda uale
tudine prodiderunt, in iustum compendii formâ refero.
Nec etiam quicquam obscuriabsurdiue, ut quondam
illi philosophi, trado, quorum alius nescio quod confu
sum chaos ante conditum orbem terrarum fuisse ima
ginatur, alius ex atomorum concursu fortuito mundum
componit, item quæ alius repugnantia preliatione quæ
primorum quatuor elementorum mundi, quasi ex bel
lo pacem, sic mundum constitutum fuisse suspicatur.
Ad hanc tam abstrusam subtilitatē nihil afferimus com
parandū, nostra simplici docendi forma contenti. Qyan
quam si adhuc prouinciae nostre non satis strenue felici
terue administratæ ratio exigatur, paratas ad manū plu
res habeam causas impetranda uenire. Succurrit mihi
summus philosophus Aristoteles, qui magna profectio
iudicij æquitate definit tam eos uenia dignari nos debe
re, qui quid rei necessariæ inter scribendum omiserunt,
q; gratiam habere de recte inuentis traditisue. Accedit
eo, quod ad scribendum uenerim in media difficultate
meatrum occupationum, quæ cum & multæ fuerint, &

In Elen
chis sophi
sticis.

EPISTOLA

variae ac inter se quoq; repugnantes, attamē à me necel-
fario suscipienda, nihil iam mirum, aut à ratione alienū
uideri debet, si negocio præsenti non omni ex parte fa-
tisfecerim. Ocio enim & secessu opus est, si quid in lite-
ris eximium præstare debeas, alioquin ludiabis plus fa-
tis, ut ait Comicus ille, & de ingenii doctrinæque laude
periclitabere. Tametsi quæ culpa hic in editionis accele-
ratione commissa est, ea tecum mihi est communis futu-
ra, uir ornatis. Recordor enim te in suprema congressi-
one nostræ hortatorem mihi fuisse ad euulgadum, quæ
tum forte pararem. Itaq; dum nihil me remorantur in-
teruenientium strepitus occupatiōum, quia tibi quum
optimo amico, tum tanto viro paream, in aleam fortu-
næ famam mitto. Sed nullum profecto tam anceps erit
aut graue periculum, in quod se se non uelit & audeat di-
mittere Insulanus, dummodo gratificaturum se intel-
ligat Vlatteno, hactenus saltem occasio & facultas stu-
dio defuere. Ecce autem contigit materia digna, ea qui-
de ab altioribus tractari ingeniis, digna tua, hoc est ho-
minis philosophi lectione, & ex cuius tu perceptione id
consequaris, ut longe iucundissimo sanitatis beneficio q;
diutissime perfui possis. Qd; ut magis etiam te cōfidam
cōsecuturum, proceritas ista plane heroica membroruq;
grata decentia quædam ostendit, & natuum quoq; ro-
bur promittit, ut quod multis grauissimisq; obiectum
laboribus, nihil adeo frangatur debiliteturue. Nemo
facile repiet, cuius sit exercita iuuētus, uel pluribus uel
lōgioribus, uel honoratioribus legationibus, quam tua
Vlattene. Itaq; hoc merito tuo obtinuisti, ut Illustrissimi
principes nostri, & alter ille defunctus, & qui nunc uiuit
fauorem liberalitatemq; suam tibi large declarauerint,
& supremum locum honoremq; Magistratum ecclesi-
asticorum, qui quidem apud nos sunt, prompce ultroq;
detulerint. Factum igitur cum ratione, quod præsen-
tis libelli editionem tibi nuncupem, tuoque commite-

NVNCPATORIA.

tam patrocinio, ut uelis causæ nostræ patrocinium sumere, studium nostri tuum facit, quod summum & singularē perspexi, & quibusdam etiam officijs humanitatis declaratum. Ut possis quoq; autoritas nominis tui facit, partim ea quidem, quum rara quadam facūdīæ gratia dignitateq; tum omnis generis optimarum artium cognitione comparata, partim commendatione fidei, pietatis, grauitatis, industriae, consiliij, sapientiae parta, ut plane statim ab initio mei operis intelligerem, nec cum surdo mihi sermonem futurum, nec cū eo, qui non posset solus propemodum totius patrocinij molē sustinere. Ingratus igitur sim & de Musarum studijs male meritus, necesse est, nisi te cupiā & amoris tui erga me, & tot ornamentoꝝ tuorum testimonium ex me referre amplissimum. Habes epistolam bene longam. Sed quid epistolam? Cui tandem illud adiçio: Cupere me officium meum tibi subinde probare, tibiq; constare uolo, me nullū omnino labore uelle subterfugere, quem tua tuorū causa intelligam suscipiendum. Atq; ut hæc officij mei delatio, tibi etiam grata sit, oro. Vale Vir Amplissime, Dusseldorfij, Calendis Augosti. M. D. XL.

GVLIELMVS

INSVLANVS MENAPIVS GREVL
BRVGENSIS, PRAEPOSITVS

Ecclesiae diui Adalberti Aquenfis,
de ratione uictus salubris.

¶ Caput primum, quo commode autor interpretatur
sententiam Cornelij Celsi, qua docetur homo sanus nul-
lis se obstringere legibus uiuendi debere.



N libro, quem de re medi-
ca Cornelius Celsus scri-
psit, autor est homini sa-
no, sui q̄met iuris, nullis se
legibus uictus obligandi.
Hic si ille sanitatem abso-
lutiss. perfectiss. q̄ intel-
lexit, paucissimis admodū
ac difficillimis inuētu ho-
minibus eam concessit im-
munitatē, quum ciuismo-
di sanitatem uix quisquā
consequatur; aut si quis us

Libro. 1.
cap. 1.

quam tam integræ firmæq; ualeudinis est, breui tamen
admodum tempore in ea duret, eo quod quotidie no-
stra corpora recipient immutations. Sin uero promi-
scue qualencunque sanitatem designauit, qua qui fruu-
tur, eatenus saltē apti habentur ad actiones negotiāq;
ciuilia obeunda: rem profecto per se certam ueramq;
confusione fecit egentem interpretatiōis. Nam
quum corpora nostra uarijs subinde modis afficiantur
ab æstu, gelu, humore, ariditate, labore, quiete, à ciborū
potusq; natura, somno, uigilijs, alieno tempore modoq;

De hoc e-
tiā Gale.
libr. 1. de
fa. tu.

A

DE RATIONE VICTVS SALI

corpori concessis: itemq; ab affectionibus animi, necesse est pro modo affecti corporis totam nos uictus nostri rationem instituere, & temperamenti inæqualitatem, (quatenus fieri potest) per contrarias res ad æqualitatē aliquam reuocare. Nisi forte uoluit Celsus sanum hominem inutiliter sibi certa præscribere interualla & nurneros, eundemq; minime sinat trepidum & anxium circa uictus obseruationē, sed securitatem fiduciamq; remittat, quippe sano utcunq; homini nec ullus medicos imperauerit coenam cōtractiorem, cibos subtilis nutritimenti, concoctioniq; stomachi statim paratos, leuiores saltem exercitationes, uacuitatem omnem curarum & id genus alia imbecillioribus obseruanda naturis. Itaq; si in hac perstabimus opinione conjecturæ sumpta de sententia Celsi, sicuti uere uidemur posse, apparet non magis remissam immunitatem à legibus institutisq; uitius robustioribus naturis, quam damnatam lauram istam & exquisitam. Quam & nos quoque magnopere detestamur. Nam quum domi familiæ sit odiosa molestiæ domini curiositas supersticioq; circa apparatus ciborum reliquarumq; rerum exhibitionem: tum uero foris periculosa sanitati, si in cōsuetudinem dederatur. Nam si quando peregrinandum diuertendumue nobis ad hospitem aliquem erit, profecto facile offendemur ihs, quæ exhibentur, nisi ita plane respondebunt ad annum nostrum, fastidio erit modo rudis apparatus, modo parum artificiose cōditum uidebitur edulium, alias aliud offendet. Quāobrem recte sapienterq; p̄cipit Hip

Aphorist. pocates, debere nos interdū à consuetis ad inconsueta
50. parti. trāsire, ut si quādo casus aut necessitas tulerit, ut cōtra q; cōsueueramus, sit uiuendū, minus inde lēdamur. Et aco
2 cedit, q; curiositas nimia pusillanimitatē & formidinem perpetuā aio conciliat, dum uiribus naturæ diffisi, oēm nos utilitatē & p̄sidia tuendæ ualetudinis foris quærere cōsuescimus; ut interim iam paruifaciamus sumptuum

GVLIEL. INS VLA. MENAP. II;

magnitudinē, ad quā morosa uictus superstitione frequen ter istos Apitios impellit. Laudatus olim Cato Porcius quod uictu fuisse haud ita multū differēte à uictu comi tū seruorūq; laudatus itē Cæs. Augustus, quod cibis plerūq; consuetis & uulgaribus contētus uixisset. Et quo usq; Roma peregrinis coquis & cupedinarijs caruit, & Respub. in meliore statu fuit & ciues salubrius haud ubi uixerunt. Ab ieienda igit̄, sicuti statim dixi, morosa consuetudo omnis, & ad frugalitatem, temperantiam, modestiam nostra cōparanda domus. Ne uel mollices do mestica diffluere corpora faciat, uel curiositas timiditatē illiberalitatemq; perpetuā animo pariat; utraq; aut ingratos & inutiles nos ubiq; faciat. Ita q; Celsi sententia non increpita quidē, quis em hoc auderer! sed cōmode expli cata, continuo nostrum aggredimur negocium.

Cap. II. De aere.

Acprimum quidē aeris nobis mentio facienda, q; principē quodāmodo facultatē obtineat in nostra corpora agendi. Namq; nobilissimū simul ac tenerrimū corporis mēbrum, cor uidelicet, per expirationē inspirationēq; pulmonis aerem subinde concipit, in sinūq; suū colligit & refundit. Ex quo iā facile intellexit, ab aeris ambientis natura & cor in primis & sanguinē uniuersūq; corpus affici. Sed scire te uolumus, lector, de aere nos hic disputare nolle, tanq; de corpore elementari, q; tenus ipsius nobis substātia opus est ad inspirationis respiratiōisq; facultatē, qd uel ipse sensus nobis manifestat, nō posse nos qdē aere carere uel ad pūctū tpis. Nā quū ceterarē reū ad usū uitiae necessariarū ad tē puscarere possim⁹, aere si ad pusillū tpi spacū careamus spūs intercludat ac suffocet necesse ē. Narrat Plin. inediā nō esse letalē hoī ad septimū diē. Idē autor ē C. Mecœna ti cui dā sup̄mo uitē triēnio nō cōtigisse somnū ullo horū momēto. Sint hęc miracula naturae ut lōgissimo puglio aliquis corripiat, aut inediā diutissime quis perforat.

A ij

In 11. li.
nat. hist.

In 7. lib.
nat. hist. o.

Plutar. in
uita Cat.

Senioris.

Sueto. in

in uita

Cæs. Au.

Attigit

huius etiā

aliqud Ti.

Liii. li. 9.

de bello

Macedo,

DE RATIONE VICTVS SAL.

Aut etiam ualeat efficere philosophia, ut singulari pati-
entia roboreq; quis euincat oīnem animi ægritudinem
planeq; hominem exuat. At prorogasse uitam sibi ali-
quam sine aeris haustu iugi assiduoq;, ipsius iudicio sen-
sus absurdum uidetur. Tantum abest, ut uel in commu-
ni uita, uel in libris historicorum reperiamus. Nos sig-
natur non de aeris substātia in præsentī libello, sed de qua-
litatibus agemus, quatenus has suscipere aptus est, susci-
pitq; quotidie. Porro q; qualitatis nomine hīc utimur,
sicuti s̄epius utendum nobis est, nemo mihi indignabis-
tur paulo morosior, eo quod Cicero timide & cum præ-
fatione ueniae qualitatis nomen expresserit in quæstioni
bus Academicis, tanquam prius in auditum: quum po-
steritas omnis Ciceronem ipsum tanquam rectissimum
linguae latinæ autorem secuta, nomen qualitatis com-
muni sit amplexa consensu. Quæ quidem æmulatio &
usus frequens hominū doctorum nobis pro regula esse
bene loquendi debet. Et hæc quidem elocutiōis nostræ
tuendæ gratia putauimus ad præsens dicenda. De quali-
tatis igitur aeris quum agemus, simul ad nos pertine-
bit, de regionum, locorum, tempestatum, uentorum, na-
turis & proprietatibus dicere: idq; breuiter, & quantum
nostra consequi intelligentia memoriaq; repeterem uale-
mus, quæ ab alijs in eam partem scripta accepimus.

¶ Caput III. de notis optimi aeris.

OMNES propemodum qualitates in aere nobis per-
cipere datur, ad earumq; naturam & uim nostra
corpora simul & animi uariantur. In primis autē
optimi notas aeris indicabimus. Probat medicorum ge-
nus omne liberum & purum aerem, non præseptum iu-
gis montium, non cauis restrictum angustijs, non palu-
strem, non eum, in quo perpetuae insident nebulae cali-
gine sve. Improbatur & ille ad tempus, qui fluminibus
est uicinus secum niues trahentibus, quod eiusmodi flu-
mina crassam spirent auram. Quorum in numero præci-

GVIEL. INSULA. MENAP. III.

Pūus est I hasis fluuius Moschorum. Damnatur item
 aer stagnis & immotis propinquus aquis, quod hæ ple-
 rungē tetur & bonæ ualeudini inimicum spirent hal-
 tum. Omnia quippe immota facile putrescent, præser-
 tim aduentante calore, ut autore didicimus Aristotele,
 alibi in Meteorologicis, alibi in problematis: quo qui-
 dem in loco mirifice comminēdat de salubritate sua, quæ
 placide aspirantur loca, quam etiam sententiam suā cla-
 riū exequitur postea alia quadam sectione, & post hunc
 Galenus. Sed quamvis simul concurrant, antiquiore ta-
 men audiamus Aristotelē, altero minime neglecto. Lo-
 ca aperta editaq; incolentes, inq; prior ille, (si cætera æ-
 qualiter se habeant.) tardius senescūt, q; qui palustria &
 caua. Nam putret oīne, quod quiescit. Nullo modo aut
 certe minus, quod mouetur. Cuius rei nobis argumentū
 sumere licet ab aqua libere profluente, & circunquaq;
 cohercita quietaq;. Igitur ut locis editis aer undiq; afflan-
 te spiritu agitatur, ita in cauis locis manet immotus. Ad
 hæc, locis apertis purus ac diuersus assidue propter agita-
 tiōem aer habetur, palustribus impurus, idemq; semper
 emarcescit. Auicenna certe totus est in laudandis ijs lo-
 cis, quæ multis & mundis & celeriter fluētibus aquis p-
 luuntur. Pro quo ut ego quoq; faciā grauior autor mo-
 net Plato in legibus suis, uetans in ea ciuitate nos perno-
 stare, quam non percurrit fluuius & ubi leges exulant,
 hic morum bonorum, illuc salubritatis habita ratione.
 In eodem quoq; libro deligit urbi suæ locum assurgens
 tem paulatim circum se in sublime, id profuturum ra-
 tus & ad salubritatem & ad firmorem munitionē. Da-
 mnatur præterea ab Hesiodo totaq; medicorum natio-
 ne aer proximus agris stercoratis, uel locis, qui simorum
 cumulis cōsternuntur. Repertusq; est, qui ob excremen-
 torum multitudinem, quibus ferè fora & uiæ militares
 in urbibus redundant, à frequenti equorum & iumento
 rum conuentu, locum auersum in urbe delegerit, tanq;

A iiij

Moschos
 uult esse
 Moscho-
 uios Pau-
 lus Iouius
 Nouoco/
 mēsis mul-
 tē vir le-
 ctōis do/
 cīneq;
 prob. s 4
 Secti. 1.
 Probl. 7.
 Sect. 14.
 dedifferē.
 febrīū.

1. Fen. 2.

DE RATIONE VICTVS SAL.

ea ratione salubriorem futur. Qua ratione quoq; haud prope adhabitabit carnarijs & piscarijs tabernis, q; recte Lib. 2. de consultū uolet suæ ualetudini. Certe Gale. doceat oēm sani. tuē. aerem esse uiciosum coinquinatū putredine animaliū, holeg, uel leguminū: grauius tamen olet à pisciū, q; carniū corruptione fector, quanto aquatilium q; terrestriū animalium caro facilius citiusq; corrūpitur. Afferuatur absq; condimento salis integra in plures nonnunquam dies caro mactatorē terrestriū animantium, maxime sylvestrium & exercitatorē. At piscium caro facilioris corruptionis, eorū præsertim quæ nō degūt in aquis salis.

Cap. IIII. Quanta uis sit contagionis.

Nec uero solum habēda cura proxime nos ambit aeris, ne contagione sua nos inficiat, sed ultioris quoq;, maxime si nullis distinguit montiū interuallis ab aere nostro domestico, quo contagionis uis intercipiatur. Affert aut uicinus quisq; aer contagionem & affectionē sapit contigui, nisi contingat forte tā esse distantia aut magnū interuallū rei contagiosae, ut uerisimile sit interceptam montibus aut distatiæ longitudine dissipatā ueneni uim. Cautior hic Auicenna mo^{1. Fcn. 2}nuit cauendū esse flatū ex domibus ægrotorē in nostras spirantem ædes, uel si longiore spacio dissitī simus ab illis: Nam nisi ueneni uiolētiā in sese reciperet de setz rursum remitteret aer, nec basiliscus uisu suo interimeret hominē, nec lupus nos prius contēplans, q; ipse conspiciat, uocem adimeret ad præsens. Quin mittimus bruta animalia, ac etiā quæ de purgatione menstrui sanguinis, & tinctura speculi parvū uerecunde narrant à quibusdā. Tradit Plinius ex narratiōe Isogoni uetus cuiusdā scriptroris tanq; rem credibilem, fuisse quasdā gentes apud Illyrios & Triballos, quæ uisu quoq; effascinassent intermissent p, quos diutius intuerent, iratis præsertim oculis, atq; id malū facilius sensisse puberes: qd certe nō accidisset, nisi intermedio affecto aere. Sed uenio ad pro-

Causam
attribuit
uisu tāq;
noxio,
narrante
Plin. in 8
nat hist.
cap. 22
Lib. 7.
ca. 3

GVIEL. INSVL A: MENAP. IIII.

babiliora. De hominibus quibuscumq; febre putrida laboratibus cōpertum habemus, q; si quis ipsos cōtentius intueat, sentiri quendā in oculis dolorē, perceptū uideli cet ex reuerberatiōe uapore tenuissimōe ex oculis ægro ti projectorū. Quod nē mirū tibi uideaſt, & febres putridæ inter cōtagiosas numerātur, & oculoū q; q; sensus facilimus habet q; propter & δφθαλμ/ cōtagiosus morbus habetur. Causam assert in prob. Arist. q; quū oculus sit Probl. 4 pars nostri corporis nobilissima, cæterarū oīm rei sibi Sect. 74 obiectæ similis reddi potest, quippe qui facile ab eo moveatur, q;d mouet. Itaq; fit, ut perturbatū oculū cōspicīens, facile etiā ipse perturbet. Quod aut̄ putridæ oēs febres contagionem de se reddant, minus adhuc mirū uideri debet. Nam celerrime oēs morbis corripiuntur spiritu cōcepto alieno. Appropinquās aut̄ ægrotū, cuius sit spūs ab humoribus malefiscis corruptus, talem profecto spiritū haurit, qualem reddiderit ægrotus. Fit aut̄ id intermedio aere. Ex quo iā colligitur aeris magnā esse uim in nostra corpora qualitates acceptas refundendi. Nam q; aliqui contagionē nō uitant solaq; se tutos animi fortitudine putat: ego certe cōtagionis inefficiā magis at tribuo dissimilitudini naturarū, quæ sit inter ægrotū & alii appropinquātem ac etiā puritati humorū eius, qui forte non lēdatur, autorem secutus Galenū. Cæterum esti cōtagio non ilico ad primā appropinquationem in corpus uicinū peruadit, consuevit tamen noxam relinqueret in futura tempora, & uim suā ad extremū manifestare. Fieri nang; posse, ait Galenus alibi, ut materia contagioē infecta lateat in corporibus nostris multos menses, imo annū integrum, priusquam uires suas longe lateq; expandat & in uenas membraq; prorsus incumbat. Sed enim reperti sunt philosophi, qui docuerint procul nobis esse communionem & connentus uitandos hominum impudentium & malignorum & infelicitum, quod ipsa propinquitas corporum anima-

Ex eodē loco

Lib. 1. de differen. feb.

In cōmē, superpro rhetica Hippoc.

Horū u-
nius Mat-
silius Fic-
in lib. de
uita cœli-
tus cōpa-
randa,

DE RATIONE VICTVS SALVBRIS.

torum putatur esse contactus propter efficacem vaporem
exhalationem foras à calore, spiritu, affectu manantem:
Fiunt autem hæc omnia intermedio acre. Relinquitur
ergo tanquam satis edoctum, aeris esse contagionem fu-
giendam haud ita multo minus sui gratia, q̄ res contagi-
osæ propter suam et uim & uiolentiam inficiendi cor-
rumpendiq; nobis sunt uitandæ.

¶ Caput V. Quæ sint aeris iniuriæ magis obnoxia cor-
pora, & in eam sententiam alia quædam.

Lib. 1. de
tuen. sani. **I**Niuriæ acris magis patent corpora meatus pororum
apertiores habentia, quæq; gracili & tenui constant
compage, ex decreto Galeni. Verum si sint eadē cor-
pora mediocriter carnosæ, non ad tabem uergētia, id ex
sententia Aristo. rursus capiunt commodi, q̄ facilius ci-
tiusq; susceptas euadunt noxas ac minus ferè à rebus in-
trosumptis lœduntur. Contraria ratione corpora den-
sam cutem copiosamq; carnem habentia, ut grauate affi-
ciuntur: sic susceptis affectionibus magis succumbunt
difficiliusq; resurgunt. Sed enim quum corpus uniuer-
sum ab aeris sœvitia tutum reddere debeamus, capitisa
men tegendi seruandiq; priorem nobis curam esse uolu-

ll. 6. de sa, it Galenus, Aristo. etiam ceruices muniri à frigore uolu-
tu. et in li. it. Effectus autem læsionis à frigore factæ loco dicemus
de lōgi. & commodiore: Cur autē caput à frigore præstare tutum
breui. uite debeamus, in promptu ratio est, quod tenuissima pars ea
corporis ossium sit, & fere multæ suturæ seu compagi-
num, & q̄ ob molliciem humiditatemq; cerebri facile
recipiat affectiones coeli. Et est quidem cranium tenuissi-
mum & in commissuris suis molle, subtile, & quasi ada-
pertile. Quin scribit Galenus uidisse se, quibus caput for-

morb. cu-
rand. te rasum fuerat inter mandendum commissuras ossium
capitis manifeste fuisse motas. Ex quo facile cōstare uult
laxam & raram esse capitis ossium compositionem, eoq;
facilimum illic esse lensem calefactionis uel refrigerati-
onis. Si tamen caput aliquod reperietur solidum absq;

futuris, id sanè perraro fieri annotauit Celsus. Senten/
 tiam Galeni paucis additis Cælius Aurelianuſ uetusſus lib. Chro
 ni, 1.
 quidam medicus confirmat, testem ſibi adhibens Theſ
 misonem, quod caput natura carnis non multum habe
 at, & quia fit neruofum & dura cute, & capillis conte
 ſtum & spiramentis difficultibus natum, tum ſenſibus
 quoq; uniuersis formatum, inſidens toti moli corporis,
 atq; eius cunctas excipiens exhalationes. Vnde tandem
 infert, ualde ſubtilē eſſe ſenſum capitis à rebus oīib⁹
 tam internis, quām externis affecti. Ceterum nos ſaltem
 de iniurijs aëris agentes admonemus unumquenq; no
 stræ fidei curæq; ſeſe credentem, idq; ex decreto Celsi,
 ne in æſtu meridianō ſoleue feruido ambulet, conſue
 uit enim æſtu ille deſtillationes grauedinesque capitis
 luſcitat, maxime ubi ſubito frigori quis ſe commiſerit.
 Quod ſi accedat frigus uehementius, ut glaciei & niui
 um, ueretur Hippocrates tuſſim & ſanguinis quoq; eru
 ptioneſ præter ſtatim dictas deſtillationes, Aristoteles
 in ſuis probl. tam feruorē ſolis, quām frigus nocere uult
 pectori; faceſſant igitur pectus ſuum quotidie denudan
 tes, nec id ad laudem uelint roboris natuvi pertinere:
 Quod incommodo redimunt ualetudinis: Præterea inæ
 qualitas illa insignis coeli frigus caloremq; ſubinde uari
 antis multis modis eſt naturis nostris incommoda, ma
 xime ſi frigus calorij ſuperueniat. Cuius de effectibus au
 diamus Galenū in com. ſuper Apho. Hippo. ſic loquen apho. 12
 tem: Frigus ſuperueniens calorij ueluti manus quædam parti. 3
 extrinſeca capiens & premens quandam uti ſpongiam
 exprimit eam, quæ in cerebro cōtinetur, humiditatem.
 Hæc uero delata alias ab uno loco ad alium, ex his, qui
 faciles ſunt ad patiendum multos generat morbos, atq;
 ita ex his, qui oculos habent natura imbecilles, lippitu
 dines accidunt. Nihil uero ex ipliſ exterius defluet pro
 pter aeris ambientis frigiditatem densantis superficiem Ti. Li. II.
 exteriorem. Vnde legimus Hannibalem altero captū 2. Deca. 3

DE RATIONE VICTVS SALVÆ

oculo fuisse ab intemperie uerna caloris frigorisq;. Ean-
dem, quā statim citauimus sententiā, accuratius psequi-
tur Gale. in lib. de causis morborū. Maxima cōstipatio
inquit, (intelligens condensationem à frigore factā) &

Li. 4. de graues sopores & ueterū & apoplexian afferre solet.
locis affe. Idem quoq; alio loco docet inæqualitatē aeris, cui maxi-
mus intermixtus æstus sit, uertiginosis in primis obesse,

Lib. 2. & Coelius Aurelianuſ inæqualem aeris tēperiem nō ſo-
chronion lū male ſibi cōstantē ualeſudinē efficere obſeruauit, ſed
idē varia inſuper inſidiosam eſe corporum curaſionibus, præci-
tis qbus/ dā uerbis pue quæ uarie fuerint affecta & elanguida. Quin & Gale
apparet Hippoc. nus non aliam cauſam autumni inſalubritatis maiorem
apho. 8. docet, q; inæqualitatē tempeſie. Inde nanque fieri ua-
part, 3 rias naturarum affectiones, utique maiores uehementi-
oresq;, ſi inæqualitas illa aeris tempus per finem æstatis,
traxit. Præcipue uero cauendum monuit Oribasius ne

In libello à matutino tempore per autumnum æstus meridianus
de tēpera mentis quem excipiat, uehementer enim corpus hoc modo læ-
di. Ego rem ſic interpreter: Mutationes illas autumna-
lis intemperiei nocentiores eſſe, quæ repentinæ ſunt &

Li. 1. Eu uehementes ſepiuſq; reuertentes. Nam, ut inquit Plato,
poriſton Pathos præter naturam uiolenter & affatim incidenteſ do-
ſue facile lorem excitat, quum uero ad naturalem habitum redit
parabiliū rerum idq; rurſus affatim, delectationem inducit. At quod ſen-
tim palatimq; fit, ſenſu non percipitur, &: Erunt autem

impotentius eiusmodi caſus ſeu affectiones ferētia cor-
pora ſenū, tabidorum & melācholicorum, hæc ſequi-
mgo dem inſigner offenduntur à ſubitarijs & uehementi-
bus mutationib; Et hæc quidē de iniurijs & inclemē-
tia cœli certarumq; naturarum offenſione ac nocumen-
tis ad præſens ſatis explicata ſunt.

Cap. VI. De locis & regionibus.

AEris naturam ſequi non corporum ſolum cra-
ſin, ſed etiam mores animorum, plures præclarí
medici & philosophi tradiderunt, utpote Plato,

GVLIEL. INSVLA. MENAP. VI.

Aristoteles, Hippocrates, Galenus, Cicero. Nam quod olim Athenæ tot excellentibus ingenij claruerunt, quodque Thebani sint obtusiores habiti, plerique cælo causam attribuere sunt ausi. Aristoteles quærens: Cur efferis & moribus & aspectibus sint, qui loca incolunt nimirum uel æstu torrida uel gelu rigetia. Respondet ipse, met, optimam temperiem non corpori solum, sed menti quoq; prodesse, discessum autem longiorem à bona temperie dimouere omnes & ut corporis, ita etiā mentis temperamentum peruertere. Idem quoque uidetur Hippocrati, ne quis omnium hic suspicetur discrepaniam aliquam esse scriptorum rei medicæ ac philosophiæ. Consentaneum igitur est rationi, considerare nos in definitione temperatarum regionum ingenia, mores, habitudinem corporis & colorē incolarum. Quod si hæc omnia se æquabiliter habere compertum fuerit, argumentum inde sumere salubritatis licebit. Præterea regiones & loca obuersa ad solis ortum mane excipiendo salubriora iudicantur ab Hippocrate & alijs quoque, quam ad septentrionem uergentia, & quæcunque urbes, oppida uel domus ad angustias & fauces montium protenduntur, qua frequetius austera inspirat, sunt insaluberrimæ, præsertim si uetus ex alto ceu in uallem labatur: Faciunt enim naturæ locorum, ut uerbis utar Ciceronis, ut in alijs insint salubres, in alijs pituitosi, & quasi redundantes, in alijs exiccati & aridi. Sed quamvis aeris exquisite puri habenda ratio est, certis tamen corporibus propriis quidam conuenit aer. Nam orthopnoicis, hoc est recta ceruice suspirantibus uideatur inimicus aer conclusus & circumseptus locis editioribus. Qui autem amoenos ambit colles & loca quæcunque sublimia flatu carentia cōferre uidetur Aëtio statim dicitur, orthopnoicis, itidemq; tabidis & quacunq; tandem 171 capitib; & pectoris ægritudine laborantibus. In plana uero regiōe purus aer, si eidē credimus Aëtio probatissimo

5. L. de te-
gi. prob.
1. Sect.
14. in lib.
de aere,
aqua, &
regio. 3:
li. de locis
affectis
de fato

In lib. de
aere aqua
& regio;

Idē pro/
pemodū
sentit Ga
le.li. 2. de
fani, tuē,

Ex libel.

Li. 3. ca.

DE RATIONE VICTVS SAL.

scriptori conueniet senibus & quibuscunq; facile soleat accidere syncope. Maritimus autē aer ex usu erit hydropticis & destillationem præcipue frigidam patientibus, neruorumque affectibus, & prostratam appetendi cibum uim habentibus. Causam coniçio, quod salsum ilud maris frigus stimulet appetentiam edendi. Qui uero lapidosa regiones ambit aer, hyeme ob frigus nimium torquet, æstate suffocat ob calorem. Vituperatur item qui ē metallis efflat, Argilloſa autem incolentes loca stomacho exoluuntur promptius, nec tuto sub eo cœlo degitur, quod ignei uapores a terra exhalantes plus libro cita æquo calefaciāt. Aliter ac paulo magis generatim rem so prius attingens Hippo. Qui regionem, ait, incolunt, ubi terra est arida, subtilis, aspera, sicca, tetano & spasmo sunt obnoxij. Vbi crebra mutatio, uariant & naturæ ex crebra mutatione aeris, ubi crassum solum & humidū & aquosum, ea quidem æstate præcalida est regio, hyeme uero intense frigida, intelligit autem palustria loca. Quia uero palustrum locorū à nobis mentio fit, distinguēdum non perpetuas, nec expedito fluentes alueo, qua figura Vergilius Cocytum stygen & Lethen paludes tardas & inamabiles undas uocat, & nos quoq; eam nauigabilē aquarum partem, quæ trans pontum Euxinum est consueta om̄ibus ratione paludes Meotides & Cymmerias dicimus: In alia acceptione paludes uocamus prata uero uoraginibus sparsim referta, ipso etiam firmiore solo pedibus inter calcandum cedente tremēteq;. Certe prata hæc siue paludes pastionibus aptas insalubres esse natura, ex eo facile manifestatur, quod crassam & caliginosam de se reddunt auram. Quod si ad septentrionē eaque loca uergant, ubi caligines crassitudoq; illa non ilico uero & calore solis dispellantur absumanturq;, constat multo esse insaluberrimas. At uero, quod terrenis & herbis dispaludibus est temporariū, id nauigabilibus est perpe-

4. Geor
& 6. Ac-
neid.

GVIEL. INSULA. MENAP. VII.

tuum ac multo uiolentius, ut uidelicet crassam & tenebrosum spirēt auram: unde uidemus prouerbio locum fecisse Cymmerias tenebras. Vergilius etiam miraculū 6. Aene. horroris & inamoenitatis infernalis augere uolens, apte quidem, ut om̄ia, Cocytum fingit paludē tenebrosam: Sunt quidem hoc corpori tenebræ, quod animo melan cholia Quum igitur Cocyti nomine Poetae intelligent figurate luctū & moerorem, aptissime tenebras cū moe rore coniunxit Vergilius, tanquā si res natura inseparabiles poeticæ proprietatis figuræq; necessitate coniunge re debuisset: sed ualeat Cocytus Styx & Lethe cum suis naucleris & remigibus, & rationem audiamus Aristote lis, quare palustrium locorum sit aer noxius, sic enim argumentatur: Quum omnis intemperies sit præter natu ram, palustre aut̄ cœlū sit inæqualis tēperiei, consequitur necessario ipsum esse aduersum naturæ. Etenim paludes uehemētioris sunt frigoris per hyemem, itidemq; caloris per æstatem, præsertim iuxta fluuios, ut Hippocrates obseruauit, quam pro natura soli coelue tempe rati, eoq; omnibus aliqua discrasia laboratibus ac præsertim per æstatem asthmaticis omnibus declinandæ, quod rum quasi præfocatēm calorem habeant. Aliam rationē affert M. Terētius Varro, quæ si locum habet, nemo sanæ mentis, qui si suimet iuris ac libertatis sit, facile habitabit iuxta paludes: quod illic animalia minus quædam nascuntur, quæ nec oculi quidem facile sua consequantur acie, per aera intus in corpus per os ac na res facile peruenientia difficilesq; pariētia morbos. Hæc ille. Ea suspicor animalia nasci, quod quum paludes nec ubiq; nec perpetuo redundant aquis, interdum uero deficentur, à crasso limo uaporeq; putida quædam prouere animalcula: Laudatur autem plurimū & anteferē regio calida ac modice siccā ab Aristotele. Sumpto iudicio ab hominibus eas regiones incolentibus, quod ui uaciores plerūq; reliquis reperiantur. Ratione autem

Galenī testimoniū
li. 3. de lo
cis affect.
ca. 6. &
lib. 2. de
causis
sympto
Prob. 5.
sect. 25

lib. 2. de
rati. uict.

lib. 1. red
rustics

Proble. 9
sect. 14
& in libel
lo de lög.
& brevi.
uit.

DE RATIONE VICTVS SAL.

De hoc le proposita, quod frigus propria & peculiaris sit mortis gatur etiā qualitas, refrigerari autem omnia soleant ab ambientis Gale.lib. aeris natura ac qualitate affecta. Ut enim calidis locis ca 1. de tēpe let aer, ita frigidis friget, itaq; calorem interiorē aer prae raturis frigidus ocyus magisq; corrūpit, maxē si humore multo permixtus fuerit, humiditas nanc est qualitas putrefaciens. Quam etiam rationē intelligo ueris insalubritatis, si frequens sit pluvijs, quod ad natuū ueris humorē supueniens humor exterior corruptionis fiat causa, ma

Apho 11 xime si accedat australes uenti, auto, Hippo, & Galeno. par. 3. & Iam uero de regionibus & locis nos dicturos polliciti in libel. de necessitate quadā admonemur indicandi formā ædifici tempera, orū, quę magis expediat ad salubritatē. Plato certe in le

Libro 6. gibis suis urbē oppidumue cōstrui uult in loco edito, legum qui circūquaq; æqualiter desinat in accliuē speciē. Pro futurū illud etiā ratus ad munimentum. Domus autem no rust. stra sic ædificanda est, ut mane solem orientē statim excipiatur, qd si minus erit, ad meridiē obuertatur. Varro domū ita construi uult, ut æstate umbram, hyeme solē habeat, & ne aduersus Eurum sit positio. Aedificandā etiā in sublimi loco & hic quoq; cēsūt potius q; in ualle aut planicie, rusticā domum ad radices mōtūm Cato monuit extruendam, sed respexit ille ad utilitatē census & cōmoditates operis rustici. Domui laxitas cōcedenda, quo inambulationibus sit idonea perpetuo ad oēs uariationes aeris tempestatumq;. Non optasset Socrates sibi domum in qua se non exercere saltando potuisset. Sed & M. T. Cicero ad splendorem & multas alias cōmodi

In 1. offi. tates retulerit domorū laxitatē. Salubrior oīno domus mea sententia erit si sit angustior, multis & qdē amplioribus patens fenestrīs, nō ad testudinis coacta formā sed altis porrecta lacunaribus, sic em̄ ædificata copiā aeris liberi melius hauriet. Substerneat etiā domus pauimen to ex lapide coctili, uel tabulatis. In obscuris aut & aratis domibus, ac ubi nuda sit humus, probabile est cras

Plutar. in li. de tuen. bo. uale.

GVLIEL. INS VLA. MENAP. VIII

sum & putidum esse aerem creātem destillationes uides
licet, grauedines, lethargos, asthmata & id genus mala
quod si necessitas nos aut casus forte in eiusmodi domū
coegerit descendere, bonus & clarus focus ilico est con-
struendus ad corrigendum aeris domestici malitiā. Sed
prohibendi frigoris cura habēda quoq; in ædificatione
bus domorum est. In domo nanc; immodeſ frigida &
hyeme ac quocunq; nos ambiente frigido, inquit Gale,
nus, succi, qui crudi sunt, ad concoctionē manent inepti. Lib. 1.
& iocinoris obſtructions si uel leues hæ sunt, augēt: fin ran.
vero nullæ sunt, eas crassitudine sua harentes impastiq;
creāt. Certe frigus oīne Celsius docet uisceribus esse ini- Lib. 4.
micū, p̄ſertim hepati, à quacunq; tandem cauſa frigus ori ca. 8
atur. Sed nec arcendi frigoris modus paſſim in Germania
nā receptus, mihi usquequaq; probat. Quidā populi ſic
cum cespitē incēidunt, nōnulli carbonibus lapidosis ſiue
ſectilibus, ut ſic dicā, cōſtruunt focū, alij extintis carbo-
nibus, alij hypocauſtis ſe includūt. Certe laudātur à Ga-
leno & alijs ligna & ea qđem ἔκαπτη tanq; nullū reddētia
fumū ſic dicta. Carbones oēs capiti facile dolores infe-
rūt, ſicuti cespites qđq;, quālibet deſiccati. Tametsi maius
apparet imminere nocumētū carbonibus extintis, qđ
in eis praua qđā & (quāli diceres) nidorosa qualitas re-
māſerit. Narrat Symphorianus Cāpegius in hist. ſua me- In Cāpia
dica, ſuo tpe mercatores duos Lugduni in medijs hye- histo.
mis algoribus forte deueniſſe in diuerſoriā tabernam,
quūq; fugādi frigoris ſtudio ilico in focū carbones inie-
tiſſent ſeſeq; calefeciſſent, ſtatim ad ſomnū cōuersos ac
carbones accēſas in domo media reliquiffe. Mane aut ſe
quēti ambos reptos mortuos: quē miserabilē caſū nō tā
frigori immenso, qđ per iter ſuſtinuiſſent, q; carbonibus
aſcripſerūt medici, qđp; qđ fumus natura letalis ſit ac
peſtifer. Demiſt tñ aliqd malitię carbonū iniectuſalis aut
uini. Nā qđ impbo qđtū hypocauſtorū, eo ē, qđ calor in-
clusus maneat, nec liberā habeat trāpirationē. Faciliore

DE RATIONE VICTVS SAL.

gamen animo sustineo laxa hypocausta, fenestris multis distincta, quæc^q clarus & facilis focus calefecit, factus uidelicet ex iuniperō, fago, aut sarmentis, vel similibus. Nequaquam autem ex lignis nucum, sambuci, ficus, aut cariosis & humidis. Plurimum autē referre quibus lignis succendatur focus hypocaustorum, ex eo sic manifestum, quod reperti sunt, qui defectionem animæ passi fuere in balneis ab exhalatione malignorum vaporū, quos de se reddiderant aquæ effervescantæ ab igne cui subiecta fuerant humida uicioſa^q ligna. Vbicunque tamen ad lucentem focū nos caleficerimus, melius erit auero corpore nos calefieri, alioquin læſionem sentiemus oculorum, & caput ipsum dolore aliquo tentabit exposita facie ad ignem. Porro quando in mentionem incidimus domo^q ædificationis, obiter in mentem uenient, quod Galenus monet cellæ uinariae fenestras ad se pentrionem exponendas. Optat etiam Palladius frigus internum & obscuritatē cellæ. Frigus namq^{ue} melius conservat qualitatem uinorum, mutat autem calor, præstans uina inualida, quæ quidem facile solent aceſcere, si recōdita fuerint in locis meridianis, ac quibuscumq^{ue} expositis soli. Fecimus mentionem aeris & regionum, & dormorum, hoc est, eorum quæ nos ambiunt: quo uersus referenda quodammodo sunt indumenta quoq^{ue} corporum, quibus nisi corpus probe muniantur aduersus frigora, sentiet nocimēta alias descripta. Noctu sane corpus probe tegendum, quod id tempus natura frigidius est diurno, & quia hoc pacto minus lædemur à frigore matutino, & quod calor magis recedet introrsum ad persicendū melius actiones suas. Inter pelles calidior & humidior ouilla, inde facta coniectura, quod facilius concipit & alit foeda animalia. Vulpina arthriticis & paralyticis habetur cōmoda, quod calore siccitateq^{ue} sua uim confortandi neutrōs habeat. Marsilius Ficinus contrā dicit agninas pelles à medicis probari, reprobari autē uulpinas: nec tamen nominat aliquem medicorum signa-

In 4. li. de
faculta.
Simpli.
medica.
Lib. I. rei
uulping

In lib. de
uita celi-
tus com/
paranda

GVLIEL. INSVLA. MENAP: IX.

tim, nec rationem affert. Quæ si ulla est, ea poterit esse
forsan ducta à contagione animalis naturæ, uel quod
pellis uulpina olidū aliquid spirare uideatur. Quod au-
tem ab indumentorum natura corpora nostra quoque
afficiantur, Hippocrates est autor, ostendens eos qui Ly-
biæ mediterranea incolunt uix unquam sanari posse, si In libel.
morbū comitiale incident, eo quod non carnibus de mor-
solum, sed stragulis, uestimentis, & calceis quoq; utatur bo comi-
caprinis. Capras autem morbo comitiali facile corripi
alias docebimus commodiore loco. In uniuersum autē
restuare sanguis creditur à uelleribus animalium. Aptissimum
corpori indumentū per hyemem uestis interior
ex lino, uel byssino, cui insuta sit mollior ista delicatio-
que lana ad speciem centonum. Arcet enim uētos & ca-
lorem sufficientem affert. Consuetior tamen Italæ, quā
nostræ genti horum indumentorum usus.

Cap. XII. De uentorum natura.

Ventos saltem quatuor numeramus, at partitione
fiunt duodecim, sapiunt autem octo uenti reliqui
naturam & uim proximi cuiusq; ex quatuor illis
primarijs. Certe quocunq; flante uento melancholica Ex sent:
corpora grauius & molestius se habent in facultatibus Arist. pro-
suis, tam naturalibus, quam animalibus. Austrum tamē ble, 24.
magis damnant, tanquam obnoxia reddentem corpo- prime Se-
ra nostra corruptioni: Calidus nanque est & humidus,
quin & naturæ usque suæ uestigia frumentis imprimit,
eruginem faciens frumentorum. Narrat Petrus Aponen
sis in commen. suis super problemata Aristotelis: Vidi
se se in Italia corruptas segetes mense Maio, flante Au-
stro, & aere tum existente turbido, puluerulento, & ne-
buloso. Salubriores tamen Austri creduntur, quos ma-
re miserit, Hippo. auto & alijs quoq;. Sicciiores nanq;
sunt, humidiiores Italæ, Auster & Aphricus crediti. Li. de ra:
Omnium tamen uentorum insaluberrimi australes uer mictus
no tempore frequenter spiratæ, alias quoq; non admov. Plin. li. 2.
ca. 47

DE RATIONE VICTVS SAL.

Apho. 5.
3. parti.
Hippo. dum utiles, maxime si hyems antecessit siccā & aquilo-
nia. Habetant enim auditum, caliginem inferū oculis,
caput grauant, & pigritiem quandā membris afferunt.
Sed & boreas quamuis in uniuersum salubrior habeat,
turbidit corporis partes magis exangues ac neruosas, con-
citat item tusses, & quia condensandī uim habet, aluina
quoq; duram facere consuevit. Quod ad summam anni
attinet, ita iudico, uentos esse insalubres plerūq; si con-
cordis sint temperaturæ cum anni tempore. Quod ad
regiones pertinet, docemur ab Hippocrate uentos oēs à
mari prorumpentes esse sicciores. Qui de niubus, glacie
gelu, lacubus, paludibus & fluminibus spirant, omnia
animalia satq; refrigerare humectareq; sanioraque no-
stra corpora præstare, nūl frigiditate sua modum exce-
dant, qui tunc nocent, quoniam in corporibus caloris
ac frigoris magnas mutationes faciunt, quas patiuntur
maxime, qui loca palustria, calida, secundumq; magna
flumina habitat. Qui uero de montibus in urbes spirat
& perueniunt, non solum siccant spiritū, quo spiramus,
sed perturbant, corporaq; hominum morbosa faciunt.
Et Plato quoq; uentorum naturis plurimum tribuit, do-
cēs difficiles & proteruos homines reperiiri, ubi frequen-
tes uarietates sint uentorum & turbinum. Nec id alienum à fide, turbatis enim subinde humoribus & spiritu-
bus, necesse est turbationem quandam animis quoque
accidere. Quod si regioni alicui perpetua sit & constans
turbinum uarietas, ut fere solet ad fauces montium, ne-
cessē est turbationem spirituum ac humorum in habitū
ferri, cōsimiliterq; animos affici. Sed obseruatum etiam
est, quietē ac silentem auram haud salubrem esse haben-
dam. Nam nisi aer subinde agitetur moueturque quasi
flabris quibusdam uentorum, non perpurgabitur: ipse
enī proprius aeris motus. (Mouetur enim aer quan-
uis ob subtilitatem corporis sui nostrū sensum ipsius mor-

Li. 2. de
rati. uict.

Id etiā su-
perius an-
notatum

In 5. de
legibus

tus effugiat.) Motus aeris inquam robustiorum adhuc motum desiderat ad sui purgationem. Decreuerā plura de toto hoc genere scribere, sed breuitati studendum fuit. Qui diligentius rem inuestigare uoleat, legat Hippocratis tertium librum Aphorismorum, & Pliniū librum secundum naturalis historiæ, ac item alios scriptores, ex quibus nomina, naturasq; uentorum omnium poterit cognoscere. Quod proximum restat, de exercitationibus nunc agemus.

Cap. XIII. De commodis exercitationis,

Exercitationis moderatæ cōmoda mirificè laudat Galenus in libello suo de tuēda sanitate cōscripto Lib. 2. tō en. sanitas
sic ut tanto anteferat quibuscunq; tam cibis, q̄ mendicamentis attenuatibus. Quanto, inq; satius est nullo nostri corporis incōmodo exigī redundantia quæq; q̄ colliquatione carnis & attenuatione solidorū quorundam quod nos sic quidē autoris sententia integra remanēte alter, & qdē clarius tradidimus, ut statim legisti, & subiungit idē: Hæc nāc incōmoda calidis extenuatibusq; mendicamentis succedunt. Exercitationibus uero adeo nihil tale succedit, ut etiā firmitas quedā mēbris ipsiis accedat quū & naturalis ipse calor accendit, & ex partiū inter se attritu duricia qdā indolētiaq; cōparat. Certē tantā esse uim exercitationis ac laboris ostēdit Aristoteles in proble, suis, ut pleniorē cibū plus nobis officere pleniore labore decernat. Nam quum oīs ægrotatio sit ab excrementorū multitudine, hæc certē exuperat aut à cibo collecta, aut à desidia & ignauia. An nō uidemus animalia quæcūq; in otio quietēq; degētia plus aceruare excremētorū, q̄ quæ in syluis & pratis errantia pastū suum quæruntes? An non etiā sentimus prius olere sudorē, ac quicquid deniq; est sordium deiectarū à corpore deside otiosi, quam frequēter se laboribus exercēte? Quod certe non accideret, nisi quia in otio, quiete, umbra plus colligimus humoris putridi. Sed eluent exercitationis

Sect. 1.
prob. 47

DE RATIONE VICTVS SALI

Et in 11
Methodi
medendi

In libel-
de lög. &
bre uite

commoda in eo quoq; quod transpirationem facit cor
porum, qua prohibita, necesse est collectionem fieri ex
crementorum & putrefactionem, ut Galenus quoq; an
notauit in libro suo de causis morborum. Porro putre
do omnis mater est morbor. Quæ etiam causa est, cur
in hyeme maior iniungitur labor, quam reliquis anni
temporibus; tum enim densior est cutis, quam ut per po
ros corporis facilis sit transpiratio. Sed necq; nimius esse
labor debet ac tantus, ut roridus corporis humor absu
matur: nam hoc pæsto citius homo senescet ex decreto
Aristotelis, quo de postea suo loco copiosius dicemus.
Exercitationem igitur corporis moderatam amate, &
idoneo loco adhibere, qui longam & salubrem degere
uitam cupitis. Exercitationumq; uarias species querite,
ut modo ruri sitis, modo in urbe, interdum nauigio eue
hamini, interdum uehiculo feramini alio, quandoque
placeat uenatio, plurimum autem aprica peratis loca.
Siquidem quum uarietas ipsa sui interpellatione quan
dam cessationis obtineat gratia, tum uero labor omnis
membra corporis uegeta firmaq; reddit, ut contra igna
uia desidiaq; languorem & pigriiem perpetuam affe
runt.

Cap. XI. De exercitationibus.

IN Timœo suo Plato præclare, ut alias fere, præcipit,
ne animum sine corpore, neve corpus exerceamus
sine animo. Causam annexit, quæ quoniam est co
gnitu dignissima, narrabitur. Nam quando anima cor
pore admodum potentior est, exultat in eo quidem &
effertur, ac totum ipsum intrinsecus quatiens languori
bus implet. Quando enim anima ad discendum inue
stigandumq; collectis in unum uiribus uehementer inv
cubit, liquefacit protinus corpus & labefactat. Deniq;
quum ad docendum differendumq; priuatim & publi
ce ambitiosa quadam concertatione contendit, inflam
mat corpus atq; resoluit. Nonnunquam etiam destillav

tiones fluxusq; cominouens medicorum plurimos deci-
pit, cogitq; illico causas cōtrarias iudicare. Rursus quan-
do corpus grādi pigrioreq; mole excedēs pusillae exiliq;
cogitationi animi copulatur, (quum geminē sint homi-
nis secūdum naturam cupiditates, una quidem per cor-
pus alimētorum, altera uero per id quod diuinissimum
est, prudentia) tunc sanē potentioris illius præualentes
agitationes, quod suum est, adaugent: quod uero animi
hebes, indocile, obliuiosum reddunt, atq; ita infirmitatē
maximam, uidelicet imperitiam gignunt. Vna demum
ad utrung; salus & cōseruatio, ut simul exerceamus cor-
pus & animū. Sed enim ut Platonis dogma nostra con-
sequamur interpretatione hanc habere sententiam illud
fortassis alicui videatur, qua præceptum appareat, ut in
medījs corporis exercitationibus interiungamus animi
exercitationes, sed eiusmodi forte, quibus festiuum ali-
quid & liberale insit, qualis solet esse ambulatio philo-
sophorum & poetarum gentis per aprica, uirentiaq; Ios-
ca, & iuxta riuos, ac breuiter secessus om̄es amoeniores.
Tum enim nescio quomodo simul etiam serenari ani-
mus, ac altius in sese quodammmodo consueuit euocari.
Sed hanc tu exercitationem ludicram existimare possis
uel lusum potius, quamuis ad sanitatis quoq; curam so-
let in primis adhiberi. Hisdem olim assuetos ob ualetu-
dinem curandam fuisse Romanos, elegātes splendidio-
resq; uillæ declarant: ut Varroniana, Tusculana, Liter-
nina inter multas præcipuae. Vnde legimus Scipionem Cice. lib.
Aphricanum dicere solitum, se nunquā minus esse otio offic. 3
sum, quam quum esset in otio, nec minus solum, quam
quā esset solus. Quæ uox declarat duas eas res, quæ ca-
teris languorem solēt & torporem afferre, illius exusciv-
tauisse & acuisse mentem, otium uidelicet & solitudinē.
Manetq; adhuc contentio dubia inter Catulum & Orat-
sum apud Ciceronē, potius ne tot porticus olim apud
Græcos sessionum, inambulationumq;, hoc est, exerci-

Cic. lib. 2.
de Orat.

DE RATIONE VICTVS SAL.

cationis & delectationis causa, an studiorum gratia fuerint constructe. Quin accuratius rem totam pensantes docent corpus perpetuo plus quam animum exercendum, ut facile intelligas amadam securitatem tranquillitatem animorum esse homini longam cupientium tam. Sed uelimus nos tanquam sequestri illius conuersiæ adhibiti, plurimum porticus Græcorum corporis gratia institutas, sed ita demum, ut corpore inter ambulandum facto uegeto alacris, pariter afficiatur animus ab ea quasi interposita sui gete; Vnde Plato loco statim citato omnibus dantibus operam mathematicis disciplinis aut uehementius studentibus cuiuis mentis indagationi, imperat motum corporis, & exercitationem quoque gymnasticam. Certe secessuum & rusticationis otium fuisse priscis temporibus, simul ad animi & corporis uenerationem institutum, monumentis ueterum scriptorum ubique apparet, quo minus in re certa demonstrandos diutius laborare oportebit. Illud tamen non omittam, cura obseruatione que maiore traditum à Varro ne: Olim morem fuisse genti Romane annum ita dividendi, ut nonis modo diebus urbanas res usurparent, reliquis septem ut rura colerent. Quod dum seruaverunt institutum, utrumque consecuti sunt, ut & cultura fecundissimos agros haberent, & ipsi ualitudine firmiore essent, nec Græcorum urbana desiderarēt gymnasia. Sed scire debebis lector, robustiores illas exercitaciones adhiberi debere mutatis temporum uicissitudinibus non permisceri cum exercitatione mentis. Non enim congruunt acribus & intentis cōtemplationibus rerum præsertim subtilium & excellarum labores ipsi, si uera narrat Plato in septimo reip. atque haud magis quam si ē diuerso in somno mente quiescente quis ratiocinari cupiat. Fit enim anima sedendo & quiescendo seipsa prudenter, ut alter ille in suis auscultationibus physicis inquit, Sed tamen est genus mollioris cuiusdam exercitatio-

Lib. 2. rei
mūt,

GVLIEL. INSVLA. MENAP. XII.

tionis permixtæ illius quidem cum suavi quiete, si tamen corpus ualidum fuerit: equitatio nempe, quæ & spiritus ipsos supra reliquum exercitiorum genus corroborat, autore Aëtio, & sensus purgat acutioresq; red Lib.3:
 dit, Stomacho in primis apta. Sed est hæc permixta quie cap. 7
 te exercitatio: qui autem ualidus est labor, facit, ut ipso durante contemplationi frustra studeas uacare. Præterea laborante ipsa natura circa facultatem digerendi, mens quiescere debet, Iedentur enim mens & intelligentia in primo illo concoquendi digerendique labore. Vetus enim illud & communi philosophorum medicorumque sententia comprobatum: Remitti effectus facultatum naturalium, si animalis laboret facultas, & uersa uice quoq; hanc lædi, si contentius laboret prior illa, lam uero video in uniuersum damnari exercitationes omnes inæqualiter corpus nostrum dimouentes. Super quo audiamus uerba Galeni in libello de exercitatione paruæ pilæ sic loquentis: Si ad sanitatem respicias, quatenus quidem inæqualiter exercentur corporis membra, eatenus ualetudo læditur. Necessario namque sit, ut alia quidem defatigentur, alia autem omnino sint otiosa. Horum quidem neutrum bonum, sed utrumque & morborum seminarium, & uires in primis debilitat. Colligit igitur tandem Galenus exercitacionem paruæ pilæ omnibus reliquis magis nobis accommodam, sic continuans: Quapropter eam potissimum exercitationem laudo & probo, quæ & corpus conseruare ualidum, & membra retinere integra compositione, & animum præterea uegetum alacremque redere potest. Quæ profecto paruæ huic sphæræ facultas adest. Illa enim quum omnes animi partes permultum iuuet, tum etiam corpus ex æquo una maxime exercet, ad sanitatem plurimum confert, temperatam redit crasin, nec nimiā corpulentia, nec exilitate nimiā

DE RATIONE VICTVS SAL.

afferens, ad eas res quæ viribus egent sufficiens, ad eas
quæ celerritatem requirunt utilis est. Sed quæ subsequi
tur postea de commoditate pilæ paruæ, quod teneriori
bus imbecillioribus corporibus quoq; omnibus apta
sit & ætatis: id ego sic accipio, ut uelut idoneum illis
omnibus pilæ lusum, nisi ualidius & palestrico exercea-
tur more. Scimus namq; pilæ paruæ usum, quæ trigona
lis alias dicta, fuisse quoddam ætati robustiori magis fre-
quentem in usu. Cui quidem iuuētus ita se assueverat ab
annis illis puberibus, ut utraq; nosset uersare iactareq;
manu. Vnde exiit Martialis illud in distichis:

Si me mobilibus scis expulsare sinistris,

Sum tua, si nescis rustice redde pilam.

Et in septimo epigrammatum suor; idem laudat Poly-
bum quendam ab agilitate sinistre manus in iacienda
excipiendaq; pila.

Sic palmam tibi de trigone nudo

Vnctæ det fauor arbitre coronæ,

Nec laudet Polybi magis sinistras.

Cæterum quæ uento ceu folle quopiam intumebat spi-
ritu pila, senibus & pueris aptior habebatur. Vnde in
Apophoretis idem:

Ite procul iuuenes, mitis mihi conuenit ætas

Folle decet pueros ludere, folle senes.

Hoc genere ludi & exercitationis pilæ turgidæ delecta-
tum olim fuisse Cæsarem Augustum Octauium narrat
Suetonius, ne quis omnium putet despectum genus lu-
di esse. Cuius de gloria priscis temporibus publicè quo-
que certatum cōstat. Sed ut rem nostram agamus. Con-
stat igitur differentem fuisse usum & exercitationem pi-
lae ante Galeni tempora quoq;. Sed sicuti dixeram, nisi
palestritarum more senes imbecillioresue certent, posse
trigonalis quoq; pilæ lusum omni conuenire ualetudi-
ni & ætati. Illud quoq; addam prius omissum, quod ad
excitandum firmandumq; ingenium & sensus, si forte

Mif codi-
ces hñt
nobilibus
sed mea
interpre-
tatiōe mo-
bilibus,
nomen
subjicit

GVLIEL. INSVLAMENAP. **XIII.**

statueris expatiari pedibus, aut equo, melius fieri borea
flante, quam austro. Hic caput & metem grauat, & ob- Galen. in
tundit, ille tam naturae, quam animae facit operationes cōmēt. su
meliores. Sed repetendum non sine causa nobis uidetur per 13.
quod Plato reuocat indagandis altioribus subtiliori Apho.
busq; disciplinis intentos ad gynnaſticam exercitatio- parti. 3.
nem. Quia igitur ipse gynnaſticen diuidit in saltationē Hippocr.
& luctationem, ostendit saltationem liberali bonoq; di In 7. lib.
gnam uiro. Constat non intellectam ab eo inimicam il- Depriscis
lam saltationem & indecentem, ac numeros & modos saltationi
implentem sotadicos, sed alteram illam bonae cuiusdā bus inde-
habitudinis corpus æquabiliter & ordine quoddam fle- coris.ha/
centem. Hanc ut exerceret ualeudinis gratia, Socrates bes apud
optasse sibi domum latam & spatiōsam legitur. Lucta- Ciceronē
tionem etiā Plato se designare ostendit, quæ à collo, ma pulchre i
nibus, laterumq; motu cum uictoriæ studio honestoque orati.pro
habitu adhibetur, & hanc ad sanitatem uiresq; conduce M. Cael.
re arbitratur. Recte igit̄ meo iudicio gynnaſticen, hoc
est, robustiorē corporis exercitationem indagatoribus
mathematicarum uel aliarum subtilium excelsarumq;
artium iniungit, quos ē diuerso acrior mentis labor ex-
erct fatigatq;. Et quia eiusmodi genus hominum mai-
ra ualeudinis sentit incōmoda, frigus & siccitatem in-
ternam patiendo, iuste imperantur luctatio & saltatio.
Namq; luctatione confriicationē corporis caro calefit, Hippo. II.
duratur, augetur. Eandem uim tribuunt saltationi, sed 2. de rati-
ita, ut fateantur minus impleri carnem, pauloq; magis
desiccari corpus. Bene igit̄ robustior exercitatio, ut pos-
te sanguinem interim ad exteriora euocans iniungitur,
quorum contemplatio iugis & assidue lucubrations
faciunt, ut introrsum sanguis agatur. Quod ne tibi mi-
rum uideatur, cunctos impendio studiosos colore palli
do uidemus. Vnde exiit illud satyricum Persi:

At te nocturnis iuuat impallescere chartis.

Sed quia pilæ metionem fecimus, occurrit, quod ipsius

D

DE RATIONE VICTVS SAL.

genus ludi forte quosdam offendet, quasi humile & indecens hominibus conditione fortunat^g honoratiore. Qui si me audient, nullum omnino sibi genus ludi putabunt indecorum, si h^ac interea moderationem curamque seruabunt, ut ne quod scelus, turpitudine commixta videatur, & ne parum caute se habeant somitem ministrando peccatorum, ut ne reuelentur membra, quae natura docuit uelanda, & quae eō pertinent reliqua custodiuntur, ad modestiam uidelicet & pudorem. Nam quod ad exercitationum dignitatem attinet, Galenus nullo modo commoda uult negligenda exercitationū, prodit^g de seipso, deprehensum sese quādoq^z in fundo suo tum ligna sindere, tum hordeum in pila contundere ac deglubere. Et quae agrestes quotidie faciebant ex iniuncto sibi officio, corporis exercendi gratia sese fecis^{se} commemorat. Nec uero illud omittendū reor, quod sinistræ manus officio olim iuuentus sese assuefaciebat in iactatione pilæ ad robur corporis. Vnde præceptum extat Galeni loco statim citato, ut quanto quis^z remotor^z senio fuerit, tanto magis exercendā ipsi partem corporis debiliorem, futurū id ad maiorem firmitatem corporis, senibus autem dissuadet exercitationem membrorum imbecillium. Sed nec immaturę ætati robustior iniungendus est labor, præsertim gestandi sustinendive onus aliquod graue, lædentur omnino & crura ipsorum pondere uitiatūtur, ut ex Galeni uerbis colligo, libro primo sanitatis tuendæ, & ut postea quinto libro eiusdem argumēti docet, melius perpetuo est superioribus exerceri partibus, qui imbecilles sunt cruribus, quod simul inferiores quoq^z mouant ac utcūq^z exerceantur. Certe, quod meminerim, dānatur in uniuersum genus exercitiū corpus inæqualiter mouens, quo argumento uidemus fullones & uiatores istos perpetuos, eos quod pedibus frequenter ac præcipue fatigentur, ad extremū tumescere pedibus materia excremētosa labēre

In s. de
fa, tucen,

GVLIEL. INS VLA. MENAP. XIII.

ad partes infernas, & fabros ferrarios ac serram agentes fieri ἀρβετούν, quod superne partes corporis laborent ualentissime ac multo magis reliquis effatigentur. Aptissimum tamen omnibus stomachi uitij laborem super ni corporis mēbrorum iudicauit Celsus. Qua eductus ratione libenter soleo posita mēsa a lueoli ludum tracta re, molli prius interiuncta deambulatione, quod à iactatione brachiorū minime sensu ipso laboriosa stomachus melius ualeat perficiendae digestioni: ualeret eō coryci quoq; iactatio, si incerposito spacio, putes à secunda digestione, fiat. Nam is uiolentior paulo labor est. Certe Gale. loco paulo ante citato summatim tradit partes, q; circa thoracē sunt, magis iuuari inferiorē exercitatione. Quæ circa uescicam & renes superiorum, liuenem, stomachum, iecur, & intestina, ut in medio superiorum inferiorumq; partium sunt, ita se quoq; ad exercitationes uult habere. De stomacho uariat nonnihil Celsus, sicuti statim est intellectum, Inferiores autem partes ambulazione iuuari, hinc facile patet, quod nulla reliqua exercitatio ciendæ urinæ perinde ualet. Illas porro exercitaciones, quæ manibus in altum sublatis fiunt, olim Lycagus proposito decreto uetabat, eius causam percunctati, inquit: Ne quis laborando confuescat defatigari. Si quidem exercitatio ad confirmandum corporis robur pertinet, non ad exhaustendas uires. Qui uero subinde ad lassitudinem usque corpus exercent, h̄dem imbecilliores ueniunt ad tolerantiam laboris consueti & necessarij, citiusque deficiunt. In quam sententiam pulchre Galenus scribit in libello de morbo comitali, quod ultra iustum exercitium protrahitur, robusta etiam corpora frangit, habitudinemq; ipsam haurit, colliquamenta congregat, tum uero in articulis, maximeq; musculis. Cæterum quæ de forma & uarietate dixeramus exercitationum, ampliori indigerent disquisitione, in quo tamen consuetudo plurinam ualeat, ut si alias usquam,

Lib. 4.
ca. 5

Plutare.
in uita Li
curgi

DE RATIONE VICTVS SAL.

Aphor. 49. lib. 2
Ait enim Hippocrates in Apho. Qui consueti solitos labores ferre, & si fuerint imbecilles, uel senes, non consuetis fortibus atq; iuuenibus, facilius ferunt, quo loco interpres Galenus: Hoc tamen commune omnibus existit, quod partes exercitatae fiunt robustiores, atq; icciso labores consuetos facilius ferunt.

Cap. XV. De fine exercitationum.

Aetius li. 3.ca. 3

Gale. li. 5
de locis affectis
ca. 5

In secunda
par. apho
ris. 16

lib. 2,
ca. 1

Xercitationis finis esto, quum uaporem sudori alientes, quae tamen robustior cibum antecedat, lenior & mollior subsequatur. In quo necesse est te scire, quod stomacho plane uacuo minime fortis esse debet labor. Causa, quoniam hoc pacto fiet, ut ingestum statim cibū nec concoctū audie tamen ad se arripiāt à stomacho reliqua mēbra, ac uenae ipsae quoq; unde necesse est cruditates in corpore fieri, facultate alteratrice ac nutritrice & digerente simul confusis uiciatisq; id nimirum est, quod Hippocrates in Aphor. præcipit, non esse laborandum si sit fames: præterea ex illo labore macies aliqua sequetur corporis, colliquāte sese nativo humore: quae ratio uidetur, quare robustior labor conueniat humidis, densis, & crassis corporibus. Sed neque hic debet esse præceler & fortis famis tempore, alioquin post eam, quae quidē græcē dicitur aptius ἀπίτιος, id est, sensum effugiens siue occulta perspiratio, corpus tandem aliquā contraheret, utique si biliosa sit natura, & tempus aestiuum. Duplex autem utilitas est exercitatiois cibum antecedentis. Altera, quod calor nativus exercitatur ac uitetur ad futuram cibi concoctionem meliorē. Altera, quod redundantias corporis exigit, & ad excretionem aptas facilesq; reddit, quae si alioquin refides maneant, calorem nativum retundent, & acceptis illico cibis sese forte permiscebunt, corruptionisq; sicut causa. Eam sententiam ferē prosequitur Aetius. Quoniam uero distributioni alimenti consulendum est, non

oportet ciborum crudorum, uel semicoctorum, uel omnium
 aliquem humorum multitudinem neq; in uentricu-
 lo, neq; in intestinis contineri: alioqui periculum immi-
 nererit, ne ad cuncta deferretur membra animalis Constat
 igitur ciborum assumptioni exercitium premitte-dum.
 Quod diligenter quadam interpretatioe putamus anno-
 tandum, ac pro canone habendum, ut quanto plus tem-
 poris recesserit a prima digestione, tanto minore pericu-
 lo exercitationem adhiberi, si singula mediocriter alio-
 quin sibi constent, & non nimis longa sequatur inedia.
 Manifestum siquidem est, inchoatam protinus a cibo exer-
 citationem plus inuenire cruditatis, quam que longiore
 subsequitur spatio, & in ipsis spatijs gradus esse conco-
 ctionum. Ceterum statim ab exercitatione, que coena
 praecedit, modica est intermissione mora, priusquam ci-
 bum assumamus ex praescripto Aristotelis in proble-
 Rationem subiungit: quia natura quum in motu est & f. Problem.
 agitatione, in excitandis excrementis, tempus aliquod
 sibi referuare uelle uidetur ad repurgationem corundem.
 Vnde corporibus excrementosis necessaria exercitatio
 magis, quam reliquis, ut motione purgentur excremen-
 ta, & diffinent vapores. Si qui tamen obesi cuperent gra-
 tiles fieri, labores uniuersos ieuni subibunt & suspiran-
 tes adhuc, nondum refrigerati cibum sument ex decre-
 to Polybi cuiusdam. Verum illud non est perpetuum,
 nec usquequa probatur ab interprete Galeno, quippe
 qui nouisse se exacte fatetur plerisque hac ratione uitius
 factas uiscerum obstrukiones. Pituitosis tamen naturis
 metuenda strangulatio, & asthma, & animi defectio a
 subitis & uiolentis laboribus. In uniuersum autem omni-
 bus plethoricis corporibus noxia exercitatio violenta. Galen. in
 Nam facile ab hac suscitabitur uel morbus comitalis, cõmē, su-
 uel apoplexia; aut si haec mala non euident, periculum per apho-
 erit, ne rupto aliquo in pulmone uase in morbum quis Hippoc.
 incidat insanabile. Multi enim, inquit Galenus, quum

DE RATIONE VICTVS SAL

febris laborare incepissent propter exercitatioē ac
Facit me tissimis morbis fuere correpti. A prandio uero statim
cū Celsus ne qua exercitatio robustior laborue incipiat, sed con-
li. 4. cā. 5 ueniet post pusillam moram uti lenta deambulatione.
scī medi. Concussionē squidem corporis & membroꝝ fieri: quo
minus cibus recte distribuatur & descendat. Vnde nec
concoctio succedet bona, nāq pars imia stomachi sedes
est primæ digestionis, referente Galeno. Quod si quem
Lt. 5. ca. necessitas aut officium impellit ad laborem, lentiū in-
5 de locis affectis. choare poterit, faciet hoc quocq ad probiorem suscepti
Gale li. 6 continuationē operis, qd præceptū ubiq cōuenit obser-
faniū tuē. vari. Quæcunq em̄ futura sunt durabiliora, à lentiſ &
debilibus initij surgunt. Om̄is quippe motus, qui secun-
dū naturā est, initio sui tardior & debilior est, itidēq in-
fine: at in p̄cinctu, mediaq cōtinuatione fortior & expe-
ditior, ut prodit Aristoteles libro suaꝝ physicaꝝ auscul-
tationū sexto, idq locum habet, tam in motu locali, &
alteratiuo, ut istorum more loquar.

Cap. XVI. Quietis exercitationis, quæ iu-
xta obſeruationem quandā tranſtant.

NE uero ſolum putet exercitationem necessariam
in vita humana, habet & ipsa ſuas utilitates labo-
rumq nouationem membrorum necessaria, ut ſua poe-
tica gratia dixit ille, tum uero digestionē adiuuat, atq
adeo tandem, ut optimam iudicauerit ciboꝝ digestio-
Li. 12. de nē Galenus, quæ quiete peragitur & ſomno. Quam ſen-
mor. cu-
ratione tentiam quum Plinius approbet, hanc tamen adhibet
distinctionem, ut uelit concoctionem quæ ſomno fiat,
Lib. 11. corpulentiaꝝ quam firmitati utiliorē, & adiçitideo ma-
lunt athletas cibos ambulatione pficere, per uigilio qui-
ca. 53 dem præcipue uincuntur cibi. Dum digestionem appellat,
non eam designo, quam ἀλογία ſeu distributionem
transmutationemq cibi & potus appellant, ſed conco-
critis facultatis opus. Qua quidē in significatione, con-

GVLIEL. INS VLA. MENAP. XVI.

trā atq; solet à medicis uulgo, scimus acceptum digestio
 nis nomen à Cicerone in Epistolis ad Atticum, Stoma/
 chus, inq; ubi heberabat olim, cōcaluit ut digerat mul
 ta cruda facilius, digerat uidelicet, id est, concoquat cali
 diore facto stomacho, quia calor is est concoquere, que
 partes sunt stomachi, quem iccirco patrem familias cor
 poris solent appellare. Nam digestionis opus, ut in acce
 ptione uulgari medicorum est etiam hepatis, & uenis, ac
 membris deniq; omnibus commune. Digestio igitur,
 sicuti dixi, ciborum optime perficitur quiete, quod si
 uarietas nobis ulla utilis in uita est, quietis, laborisque
 commode distributam uarietatem utilitatem maximā
 nobis, adferre persuasum habere debemus. Deniq; cui
 libet constare debet, quod cōcoctio fiat calore per quiet
 tem, & quod labore mediocri calor excitetur. Nec tam
 men subita ac uiolenta quietis laborisq; debet esse mu
 tatio, sic ut ex otio desidioso ac multo in labore multū
 descēdas, cōtraue, ex iugi fatigatione repente tu quæras
 otium, uel statim à desidiosa negotiosam suscipias, cōtra
 ue. Siquidem cōsuetudinis oīs hēc est natura, ut pedeten
 tim & uiribus adhuc integris, uel propemodū integris
 uelit mutari. Quod si secus facias, periculum adibis san
 tatis. Pulchre sane Plutarchus eos qui laboribus supra
 modum intenduntur & urgentur, rursum liquefiunt
 otio & uoluptatibus præter modum & mollescūt. Pul
 chre, inquam, & apposite Plutarchus hos similes facie
 fabris ferrū cusum, ita ut candet, subito in aquam mer
 gentibus. Quod quidem præceptum consuetudinem
 non subito mutandi familiare ac perpetuum in tota ui
 ta uictusque ratione esse deber: quamuis hic Stoicis ali
 ter uideretur ac Theologis quoque, si uita & mores sine
 ad meliore componendi formam, quæ tamen contem
 platio alterius est temporis. In usu cibandi, potandi,
 somni, uigilie, inediæ, repletionis, itemq; in uoluptati
 bus ac doloribus nequaquam conuenit contrarium

Quarto
 li, in epist.
 q; princ/
 piū hēt.
 Occupa/
 tionū me
 arum

Idē Cels.
 in primo.

In lib. de
 tuer. bo/
 na ualeu
 dine

DE RATIONE VICTVS SALVB.

titum statim iuxta priorem esse, si quidem ualeudini nostræ uolumus inseruire. Quietis igit & laboris qualis habenda sit distributio, quia huc noster referebatur sermo, recitabimus quæ Hippocrates iniunxerit in libello suo de morbis acutis. Si longiore spatio temporis, inquit, corpus conquieuerit, non iecirco robustius evaderet, & si illico laborem ipsum aggredietur, inutilis hic labor est futurus. Nec enim pedes, nec aliæ ullæ corporis partes recte sua munera perficiunt longa desuetudine moram intercipiente, si aliquando subito laborare tenauerint. Quin illud quoq; subiungit, si corpus ipsum ex multis quiete, subito ad uehementes labores dedicatur magis laedi, quam ubi à pleniore cibatione ad uenarum exinanitionem transmutatum fuerit. Quo argumento docet ibidem quoque nos minime remittere corpora debere quiete & desidia statim post peregrinationem longam. Torpore enim necesse est corpora, quæ ex multis fatigatione repente sese ad ignauiam socordiamq; conuertunt. Proinde uentriculos ipsorum haud ita multo cibo exercere oportet, alioquin & dolore & grauitate totum corpus uexabitur: & haec quidem ille. Sed quid miremur corpora nostra corpore languoreq; affici relaxata quiete à longa profectione, quum horarum paucorum spatio contentius uelociusq; ambulantes, ad quietemq; conuersi, statim quum surrexerimus ad perficiendum iter interruptum, & pigriiem grauitatemq; quandam membrorum sentimus, & ineptiores ad continuationem reddimur itineris. Causam comminiscitur Aris

Prob. 12 stoteles in proble. transmutationem factam de re contraria in contrariam, nihil enim magis laedit naturam q; subita mutatio ad contraria: porro nihil magis contrarium quam motus & quies. Sed & lenis exercitatio interposita ambulationi utpote sermonis usus citius nos do majorem eueniare in laboribus omnibus continua-

Sect. 5

GVLIEL. INSVL: MENAP. XVII.

tis, quorum de numero ambulatio, quam solēt sentire,
qui exercēt opa intercepta qbusdā paruis moris, ut est
remigatio, fossio, & eius generis alia quedam exercititia.
Nam si hic quis cessauerit, non perinde redibit ineptus
& piger ad pristinum laborem, quantum quidem ad na-
turam laboris & exercitij attinet. Quae omnia eō perte-
nent, ut facile credamus salubriter exercitationibus o-
mnibus longis interponi interspirationem & quietem.
Nam præterquam quod continuatio laboris uehemen-
tis bilem auget utrāq; sicuti alias quoq; attigimus, ocu-
lis insuper nocet, præsertim in æstu solis factus labor.
Nam quum & sanguis & cutis hoc pacto desiccetur, ne/ Ex sente.
cessario pupilla quoq; oculum integēs desiccatur. Quæ Aristo. in
etiam causa est, cur homines natū iam grandes obtusius proble-
cernūt. Oculi nanḡ sernum dura rugosaq; tunica tegun-
tur, eoq; uis illa conspicendi cooperitur & hebetatur.
Quod si inter laborandum oculi dura solidaq; corpora
conspiciant, utiq; peius afficiantur, quam quum ad hu-
mida & mollia intenduntur, utpote riuos. Nam quum
hic nihil videatur reniti, passim oberrāt oculi, tanquam
maiorem nocti libertatem. Verum hæc aliena possint à
nostro instituto uideri, nisi quod per occasionem osten-
dendi nocumenta longi ualidiq; laboris commode ui-
dehan̄ inser. Illud quoq; postremo addā, quod ipsorum
inter se exercitorum negotiorumq; uariatio, quietis na-
turam & uim habet, propterea, quod paritas & similitu-
do citius sui fastidium creant: quæ etiam causa est, quare
iter agentes per accliuia & decliuia loca difficilius ser-
uusq; fatigentur, quam ubi fuerint ingressi per loca pla-
na. Amanda igitur & tenenda in toto hoc genere uarie-
tas, nisi quod consuetis magis immorabitur negotijs
& exercitationibus, si nullam ab ipsis percipiems mæ-
moratu dignam offenditionem.

**Cap. XVII. De genere exercitationū aliare à gy/
mnastica, ac primum de uocis exercitatione.**

E

DE RATIONE VICTVS SAL.

Aegineta libro primo rei medicæ quāuis suauem mollemque modulationem nihil ad sanitatem conferre, eoque grauiore contentiore sono uocis opus esse doceat, ratione pposita, qd hoc modo aer copiosius in ipsum corpus haustus diducat & expandat corporis totius meatus. Ex quo fiat ut clarius legētibus nobis humores redundantes excernantur. Vix tamen scio, an permittendum ei sit, usque eo cōtentioñis inter legendum nos procedere debere, ut sudor quoq; euoce

In lib. de bona ual. tur, nisi corpora sint pura & robusta. Certe à nimis comotis uociferationibus docet temperandū Plutarchus.

Siquidem inæquales illę spiritus intensiones & impetus spasmus solent efficere, quin etiam illud, ut rumpatur aliquod membrum. Audiuiimus herniosum aliquę factum à iugi intentaque uociferatione: quo argumento præcipitur etiam sanguinem expuentibus, ut à clamore ualido tam abstineat, q; à quocunque fortiore corporis motu. Denique hanc moderationem addit Aëtius,

Lib. 3. ea. 5. ut uelit absistere ab exercenda uoce, quicunq; malis aut corruptis abundant humoribus, uel magna manifesta laborant cruditate, ne per uniuersum corpus plures corrupti succi aut uapores distribuantur, Celsus in totum lectionem uociferationemq; omnem à coena prohibet caput infirmum habenti. Sed est etiam quædam obseruatio circa uocis usum, quo minus arteriæ faucesq; lœdatur & magis inseruamus decoro. Itaq; Ciceronis intelligamus super ea re præceptum, firmam igitur inquit,

Lib. 3. Rhet. ad Heren. quam maxime poterimus uocem in dicendo conseruare, si quam maxime sedata & depressa uoce principia dicemus, Nam lœduntur arteriæ, si antequam uox bene permulsa est, acri clamore complentur, & interuallis longioribus uti conueniet. Recreatur enim spiritu uox & arteriæ conticendo requiescent. Et continuum clamorem omittere & ad sermonem redire oportet pariter. Commutationes enim faciunt, ut nullo genere uocis

cis effusio in omni genere uocis integrissimus, & acutas
uocis exclamationes uitare debemus. Ictus enim fit &
vulnerantur arteriae acutæ atq; extenuata nimis accla-
matione, & si quis splendor est uocis, consumitur uno
clamore uniuersus, & uno spiritu continenter dicere, con-
uenit in extrema oratione, fauces enim calefiunt & arte-
riæ complentur, & uox quæ uarie tractata est, reducitur
in quendam sonum æquabilem atq; constantem. Qui-
bus autem nondum uocis officio contigit uti, pueris ui-
delicet, ploratus est exercitationis uice, quæ uociferati-
one fiat. Quam ob causam Aristoteles prohibet cohibi-
& interrumpi ploratus puerorum, quod quum sint ex-
ercitationes quædam corporum puerilium, sane ad in-
crementum sunt utiles. Nam ut spiritus compressio ro-
bur facit laborantibus, ita in eo plorandi conatu simile
quidam accidit pueris. Cæterum quod ad uociferatio-
nis illiberalis proprietates attinet, præterquam quod ea
noxia est homini uocem intendant, ipsi quoq; auditori
est ingrata. Turbat enim auditionē uox grauis & aspe-
ra & maxima & celerrima autore Galeno, quum sensus
aurium una cum sensu oculorum sint tenerrimi, eoq; iu-
bemur ægrotos summissa uoce alloqui. Sed & multis
usus sermonis fortis & clari desiccat linguam & fauces,
quare febre uexatis taciturnitatem aut certe parcitatem
sermonis imperamus. Porro affinis est exercitationi uo-
cis cohibitione anhelitus, utilis & hęc habita à Galeno, tan-
quā calorem augens natuum: id aut fieri ait, quum tho-
racem ipsum undiq; ualenter impuleris, anhelitus aut sic
compresseris, ut quē prius attraxeris spiritū, totū intus
retineas, obseruatum certe alias à me est, cohibitionē an-
helitus conferre laboratibus destillatione capit is à qua-
cunq; causa orta, præterea finiri poterit singultus leuior
spiritus retētione: spiritus enī retentus, satis cōcaleficit,

Li. 1. de
sympto-
cau.Li. 5. de
sanctuariis.Li. 3. de
causis sy-
mpto.

Cap. XV. De uestione quacunque.

E s

DE RATIONE VICTVS SAL.

STATIM à gymnaſtico exercitatione Plato in Timo⁹
ſuo reponit uectionem facilem ſive equo, ſive nauio,
ſive uehiculo fiat alio. Atq; harum tameneu-
tionum alia eft alia laboriosior. Equitatio concitator
& per inæqualem facta locum poffit forte harum exer-
citacionum robustiſſima ciferi. Celeritatem equitatio-
nis obesse oculis, autor eft Aristoteles in problema. ſuis.
Nam quomodo uēti aduersi oculos perturbant, ſic aer
occursans eo magis ferire potest, quo uelocius agitatut
equus. Sed nec ægrotis & debilibus natura eq̄itatio con-
uenit, quod pellimus hic ſit illis exercendi modus thora-
ci moleſtus & foemoribus, ac ei parti corporis ubi crura
plicantur & ſuspenduntur. Obsunt in ſuper equitatio ac
longior & efferuēſcens gestatio laborantibus ex uefi-
ſcribente Aētio. Quibus tamē malis caret equitatio ſu-
auis, nec nimis prolixa, nam hæc ſtomacho & coxis uti-
liſſima: sed & Venerē incitari equitatione prodidit Ari-
ſtoleſ in polyticis, & problema. ſuis, ac in uniuerſum
equites & bellicosos populos natura impensiſſus affectos
erga mulieres, præterquam Celtas. Quo quidem loco
adijcit, uifſe olim Lacedæmonios adeo uenereis datos
uadimonij, ut Plauti uerbis utar, ut mulierum guber-
nationi pleraq; relinquerēt. Et quod Lycurgus conatus
uifſet, mulieres reducere ad leges, nec dicto audiētes
habuerit, quum alioquin ſciamus Lacedæmonios for-
tiſſimos Græciæ populos extitiffe. Sed quod Hippocra-
tes in libro de aere, aqua & regionibus tradit, equites
effe inutiles ad uenerem, intellexit ipſe eos qui plurimū
& continenter equitant, eosdem etiam pedum tumori-
bus & ex coxendicibus laborare. Iam uero & uectio in
curru uel rheda uarias habet species. Vectio fortis, pa-
res propemodum noxas retinet cum equitatione fortis,
ac intereft etiā plurimum, cuiusmodi ſint currus, & decu-
bitus, & uia. Nostri certe ſeculi ingenia, ut ad nouarum
inventionem rerum curiosa curruum excogitauerunt

Prob. 13
& 17.
Sect. 5

Aetius li.
3. ca. 7⁴

Lib. 11
ca. 30

Pli. li. 28
ca. 4
2 polit. c.

GVLIEL. INSULA. MENAP. XIX.

uaria genera, & quibus molliter quodammodo uehas-
 tur commodeq; sedeatur. Apud Aëtium inuenio uecti- Lib. 3.
 onem curribus, carrucisue factam turbare magis humo ca. 6
 res, quam gestationē, itemq; longis ægrotationibus ad-
 versam. Sed si quis sedeat facie ab itineris pgressu auer-
 sa, conferre debilitati, & caliginibus oculorum, scotomi
 an dicunt. Suauiter tamen moueri uult, multos quippe
 se nouisse testatur nulla ope alia curatos: sedem supinio-
 rem collocare oportet. Pro modo tamen ualeudinis &
 robore naturæ poterunt unctiones sicut reliquæ omnes
 exercitationes intendi remittive: restat iam alia leuiori- Lib. 28
 bus annumeranda exercitationibus, nauigio uidelicet,
 phthisicis utilis, si uera narrat Plinius. Aëtius rem acu- nat. hist.
 ratius complexus: nauigationem prope terram ac in sae- ca. 4
 dato mari factam docet congruere hydropticis, elephan- Lib. 3.
 tiasi laborantibus attonitis, delyrantibus, & quamuis
 primo stomachus euertatur continuatione, attamen as- ca. 6
 suefactione minus molestari. Celsus eodem loco facit Lib. 1.
 nauigationem, quæ per flumen sit, cum ea quæ in portu
 maris quieto, ac lenissimam omnino unctionem, cuius
 modi hæc, conuenire docet infirmissimis, ualentiorem
 tabidis, stomachi uitio, hydropeq; laborantibus conce- Ex Actio
 dit. Cæterum gestari per fluctuosum mare uiolentum
 est, plurimosq; ac maximos animi affectus inducit, tum
 spei, tum timoris, tum ignauiae, tum obeundi discrimi- loco sita
 nis, quandoq; enim gestiunt, quandoq; anguntur, quan- tim cito
 doq; otiose degunt nauigantes: talia uero uniuersa, ubi
 commixta fuerint excutere è corpore atque expellere
 omnem diuturnam ægritudinem possunt. Quin quod
 ex quiete & motione consistit, si quid usquam alibi est
 quod faciat, hoc maxime ad corpus optime alendum
 facit. Plinius ipse præterquam phthisi affectis, sanguinē Lib. 31.
 quoq; egerentibus utilem iudicat nauigationem. Neque ca. 6
 enim, inquit, Aegyptus propter se petitur, sed propter
 lonquinquitatem nauigandi. Quin & uomitiones ipsæ

DE RATIONE VICTVS SAL.

instabili uolutatione commotæ pluribus morbis capi-
tis, oculorum, pectoris medentur, omnibusq; propter
quæ elleborus bibitur. Illud ego adiicio, minore impe-
tu, uiolentia, periculo fere uomitiones accidere nauigan-
tibus mari, quām quæ suscitantur à ui pharmacum, illa
secundum naturam est, hæc artis fit ministerio. Quam
ego etiam causam intelligo, quare Paulus Aegineta
prohibeat succurri uomitionibus accidere cōsuetis in-
ter nauigandum, quod magna parte præsidio naturæ
esse contendat.

Lib. 1.
ca. 76.

Cap. XIX. De ambulatione.

Facie eo-
de Celsius
li, 1, ca. 2

In lib. de
produç. uita

Pli. II. 17
ca. 12

Ideli. 16
ca. 10

Lib. 2. de
uictus ra.

Romptior & expeditior alias exercitationū quo-
tidianaꝝ est ambulatio. At hanc nō utiq; planam
commodiorem docet Celsius, sed melius corpus
moueri ascensus & descensus uarietate. Meliorem item
ostendit, quæ sub diuo, quām porticu est: itēq; (si caput
patitur) quæ in sole, quām in umbra est. Umbram etiā
magis laudat, quā parietes, aut uiridaria efficiunt, quām
quæ subest recto, rectam item magis, quām flexuosam.
In quo etiam illud animaduertere licet, quod à recente
quodam, sed ueteribus omnibus philosophis comparan-
do Marsilio Ficino dictū accipio: Probabile est, inquit,
arbores longa naturaliter uita doratas, præsertim si etiā
hyeme uiresent, ad longam tibi uitam umbra, uapore
nouo fructu, ligno, & quolibet tempestiuo usu prodes-
se. Id ego tamen ita subsequor, ut uelim eas nihil graue-
olere. Nam sunt quædam arbores, quarum umbra ca-
piti humano grauis est & noxia, quarum de numero iu-
glandium arborum est umbra ex testimonio Plinij. Si
cuti taxí quoque uis est uenenosa, licet per hyemem ui-
rescat. Toxicum nanque literæ unius immutatione à ta-
xo descendere uolunt. Anteponitur tamen ambulatio,
quæ per aprica loca sit, præter reliqua enim plurima,
attenuat phlegmata, & euocat sternutamenta. Hippocra-
tes enim commendat matutinam deambulationem,

Extenuat, ait, & modice consumit quæque circa caput
sunt leuiora, compactiora auditioni reddit obtinpe-
rantiora, & uentrem soluit. Extenuatur corpus interim
& purgatur, partim spiritu, partim tussi, partim ui calo-
ris natiui excitati. Quod si uenter est uacuus, humorem
ad se de corpore, capiteque trahit. Capite uacuo utique
sit auditus melior. Et alio loco citatius ambulare ieiun-
no stomacho uult præpingues & carnosos: quietius au-
tem macilētos. Subscribit Polybus autor quidam huic
sententiæ, quam excipiens interpres Galenus: Celer mo-
tus, inquit, utpote calorem plus satis augens, corpus col-
liquat. Ex modico uero motu calor mediocris tum san-
guinem felicius generat, tum nutrit plenius. Eoque ani-
mantibus in ἄνθροποις, hoc est, probam alimoniam si-
mul uertitur. Inambulationis maturinge uel etiam incho-
ate maturius utilitatem eleganter sane commendatam In lib. de
ab Alexandro Macedone legimus apud Plutarchum. tuenda
Qui quum solitos obsoniorum artifices abieceret, lon- bona ua-
ge se commodiores secum ferre dicebat, nempe matuti letudine
nam profectionem ad condiendum prandium, ad co-
nam uero prandij tenuitatem. Et Dionysius Syracusa-
nus à Lacedæmonijs ad coenam acceptus, quum pri-
mo statim edulio apposito se negasset delectatum, res-
ponsum tulisse fertur à coco. Minime mirum id uide-
ri, condimenta enim defuisse, sollicitus cognoscendi Di-
onysius, quænam illa fuissent, alter labor, inquit, in ue-
natu, sudor, cursus ab Eurota fluuio, fames, sitis, his Cice, lib.
enim rebus Lacedæmoniorum epulæ condiuntur. Sed Tuicul
quia cursus hic facta est mentio, & laboris intenti, scire questio. f.
te uolumus cursum ac deambulationem iugem ac per-
petuam capitū nocere. Nanque trahitur ad infimas par-
tes genus excrementorum omne, quapropter crura im-
plentur eoz, qui nimium ambulant, sicuti superius etiā
attigimus, quoniam de parte superiori ad imam labitur &
alimentū omne, & excrementū ex sententia Aristotelis

DE RATIONE VICTVS SAL.

In prole suis. Quod si ambuletur per calida & arcta loca, temporibus item calidis, partes externae plus afficiuntur, & quidem per euocationem sudoris corpus insigniter attenuabitur. At suscepta ambulatio per loca frigida, contrarios habet effectus, carnem enim reddit constantiorem, & stomachum excitat, appetentiam augens ciborum. Partibus enim internis calorem auget membrisq; ad frigoris appulsum torpentibus, loca intima calore magis amplificato purgat efficacius. Verum hic quoq; sua quædam est ratio ac meta, citra quam consistas. Si enim per loca præfrigida ac nivosa diu multum,

Iuxta me que ambulaueris, periculum imminabit, ne in Esq; lib. 3. de incidas, hoc est, appetentiam nimiam ciborum, sive frequentem famem. Quod uitium ferè sequi solēt defectio animi, interdum etiam nutriticis facultatis pars laeditur. Iam uero iuxta locorum naturam per quæ ambulaueris, corpus aliter atq; aliter afficietur. Extenuatur autem corpora ab ambulationibus factis per arida, dura, & renitentia loca, ac musculos & neruos crurium effatigant, quippe quæ moueant contentiones tam neruis, quam musculis, quum enixu quodam uiolento peragitur ambulatio. Eadem est natura cuiuscunque laboris suscepit aduersus dura & renitentia, afficitq; neruos & musculos se se exercebit membra. Ambulatio autem facta per molia cedentiaq; loca, laborem articulis ipsis assert, per crescere problematis. Præterea nudis pedibus peractæ ambulationes siccant & refrigerant, sed & uenerem creduntur restinguere. Per solem item feruidum minime ambulabunt, quibus defluxiones capitis sunt molestæ, quaque debilitate aliqua laborant oculorum. Nulla tamen res peræque ualeat ciendæ urinæ, quam ambulatio paulo certior, quæ tamen si iejuno stomacho peragatur, utilis erit alio citâ laborantibus. Quo etiâ ualere uult Celsus exercitationem quæcunq; supremas mouentem partes.

Prob. 3
Sect. 7

Prob. 5
Sect. 4

GVLIEL. INSVLA. MENAP: XXI.

Ambulationem itidem post cibū ægre toleraret idem
autor in eo cui caput est infirmū. Exercitationem omnē
robustam si sequatur ambulatio, utpote lenior, utile iu-
dicauit Hippocrates, ut quamvis purgare uideatur & at Lib. 2. de
tenuare, à tabe tamē corpus præseruet, quæ forrasse na- rati, uict,
tura fuerit exercitationis robustæ, quam non excipiatur le-
nior faciliorq; ut sicca tabidaq; corpora efficiat.

Cap. XX. De iter agentibus.

Non debebat peregrinantiū iter cōiungi exertatio-
nibus legitimis: exercitiū ac negotiū uerius dicen-
dum: sed quia sic casus noster tulit, ut quando de
ambulationibus dicēdum fuerat, earundem uarietates
quocq; describeremus, quas quidem etiam longe pere-
grinantium labor & conditio suscipiunt, breuiter quæ-
dam afferemus ex usu futura omnibus iter aliquod ingre-
diētibus. Tametsi quoque in peregrinatione reliquisq; laboribus omnibus ea lege moderationeç uti queat
homo sui iuris ac libertatis, ut iustæ quodammodo sine
exercitationis uice. Qui igitur uolet iter aliquod proli-
xum ingredi, in primis dabit operam purgando corpori
ne perspiratu multo, ut facile solet inter ambulandum
accidere, membra repleantur vaporibus & humores
quocq; noxijs in extrema corporis permeent. Cibis uta-
tur boni nutrimenti & multi, sed panis, ut si alias unquā
in uita: Paulus Aegineta facilime docet euitari fatigati- Lib. 1.
onem, si inunctus quis & non fortiter incedat, baculum ca. 55
insuper eo conferre dicit, nam per declivem locum præ-
missus, corpus quod præceps quasi ruere uideat, ceu con-
eo cuidam innixum retinet. Rursus quum ascendēdum
est, ipsi annitentes baculo facilius in acclivia corpus pro-
mouemus. Præterea ostendit fascia lōgiore non solum
lumbos, sed spinā quoq; & pectus recte inuolui. Cibum
docet Celsius recte sumi humidum à fatigatis, & aquam
uel certe dilutam potionem sumendam, eamque maxi-
me, quæ moueat urinam. Id ego sic moderor, ut uelim

DE RATIONE VICTVS SAL.

statim à quiete sumpta post lassitudinem , interuenire tempus aliquod ante cibum, ut in fæse calor undique diffusus cogatur . Illud quoq; nosse te oportere Celsus monet, quod ex labore sudanti frigida potio sit inutilis atq; etiā(quum sudor se remisit) itinere fatigatis. Cum

L. 3. de ea. 3
2. de eau. sympto. eodem facit Gale. quoq; docens intempestuum aquæ frigidæ usum frigidam intemperiem efficere, interim in uniuerso corpore, interim in origine neruorum ac in alijs quoq; partibus præsertim imbecillioribus natura, quin effatim refrigerato iocinore ab aquæ frigidæ intempestiuæ potionē sequi quandoq; consuevit hydrops. Et Dioscoris

Lib. 5. de locis affe.
In sexto inter lætalia uenena locum quoque facit aquæ frigidæ uniuersim raptæ ac sine interspiratioē potæ statim à cursu aut laboriosis exercitijs. Eandem quoque uim ac naturam tribuens mero, si simili modo hauriatur. Laudatur ab Auicenna potus lactis ad mediocritatem usque, à quo pars butyrosa(ut sic dicam) dempta fuerit, frumentus quatenus liceant iter peragètibus suo loco dicetur commodius. Cibi quoque sitim excitates cauendi ut pices & salita dulciaque omnia, æstus solaris cauendus. Quamobrem præstiterit calidis temporibus per medium quiescere, quamuis quies quocunque anni tempore statim à cibo peregrinantibus sit necessaria. Laudatur in cibo etiam esus butyri tanquam fluida faciens corpora, quæ quidem lassitudo sudorque consueuerunt excicare. Ieiunium matutinum fortasse melius commutari modica refectione, idque certissimo, si nebulosus, crassus, frigidusue aer erit. Aduersus cuius noxam plus culum panis cum allio utiliter estur. Quo quidem tempore uinciendæ manus dactylothecis & caput præcipue tuendum à frigore, ut si quæ alia. Certe Auicenna putauit uix nos satis munire aduersus frigoris noxas posse. Nec uero si plane frigidus uenias, illico uehementi ignis calor corporis obijcies, læsionem hoc pacto nonnullam percipies, sed paulatim expectâda calefactio corporis,

1. Fen. 3

GVLIEL. INSVL. MENAP. XXII.

ingressurus diuersorum iam peracto ferme itinere aliquid remittes de festinatione itineris, ualebit id ad refecillationem aliquam membrorum: sensim enim remittendos labores omnes alias docuimus. Longa ne interveniat itineri tuo sitis caue. Igitur commode tibi adhibueris utrem uiatorum angusto siphone, ex quo sexpius liceat forbere paululum, eligito uinum aliquod rubellum, aut certe minus ualens album. In omnibus si quidem laboribus bilem augere aptis (quorum in numero principem sibi locum uendicat iugis & diurna peregrinatio) præcalida uitentur uina.

Cap. XXI. De exercitationibus omnium lenissimis.

SVnt hæ quidem, quæ stando sedendoue fiunt, uix tandem pro exercitationibus habendæ, nisi quod actus standi ipso sensu & comparatione ualidior est, quam sedendi, sedendi quam iacendi. Standum aliquantis per nobis statim experrectis dein mollius in ambulandum, idem faciendum sublata mensa, inter standum procumbendum pectore putant. Qui tamen uertiginem capitatis pati consueuerunt, haud ita diu mane stabunt, quod uertigo capitatis haud ita sedentibus, utstantibus oriri soleat. Causam uolunt philosophi, quod uertiginosis quiescentibus humor plus in cerebro consistat. Motis vero manifesto se se ostendat, facitque uertiginem in unam partem confertim declinans. Ideo etiam crudi humores suapte natura moueri spargi non possunt, sed concidunt. Stantibus autem nobis quiescenti humores uertiginem facere apti. At sedentibus motus fit & humor æqualiter dispergitur. Sed tamen senibus inhibemus, ne diu multumque stare ueline. Præsertim quibus natura pedes sunt debiles. Nec pueri priusquam iam perfecte ingredi cōperint, ad standū sunt

DE RATIONE VICTVS SALV*E*

cogendi laudat Plato, Aristoteles & Galenus eas exē^{re}
citationes pueris concedi, quas etiamdum per ætatem
perferre possunt, in prima illa ætate gestatio & suspēcio
motioq; in cunis laudatur. Deinceps usq; ad annū quin-
cum labores perferre non sunt cogendi, nec ante septimā
mum equitabunt: quia tamen ob plurimum calorem
natura quiescere nequeunt, nec corpore nec uoce, sed
semper moueri ac loqui gestiunt, quasi cum uoluptate
saltantes, ludentes, aliosq; uarijs uocibus acclamantes,
præparari ipsis motus quidam debent pigritiar corpora
uitandi causa, quod si crebro stare ac interim one-
ra gestare cogenit, profecto à tanta mole pedes uitabun-
tur, debent igitur ipsis præparari motus & actiones & clu-
di, ut ille docet in Polyticis, qui neq; illiberales, nec la-
boriosi sint, nec remissi. Faciet hoc ad incremētum cor-
porum quoq;, & ad ualeutinī futurum robur. Porro
quod sedendi actum in exercitationum numero habui-
id eatenus toleratur, quatenus illic plus appetet laboris
quam iacendo. Astringit alioquin sedile, ut à Celso ob-
seruatum video, frigidum sedile caueant, quibus inferi-
ora corporis mēbra sive natura, sive morbo aliquo for-
te debilia contigerunt, quod nisi fiat, malum ipsum gra-
uabitur. Nīmum etiam ac frequenter sedendo factum
exercitium reddit corpora nostra pigra inhabilitaq; ad
labores & exercitia quæ sub diuō necessario fiunt. Quæ
etiam ratio est, quare Victruius in libro suo de re mil-
itari & Liuius à militia rejiciant exercentes operas sellū-
larias, Apuleius sedentarias sua illa affectione dixit, ut
sedentariam, inquit, fatigationem incessu uegetatione
discuterem.

Cap. XXII. De cibo & potu.

IN laudem abstinentiæ, hoc est, temperati uictus, me-
dicos omnes paribus passibus cōcurrere video, nec
medicorum solum hæc uirtus honestata est comme-
datione, uerum etiam Dei DD. q; tanquam faciens ad

bonos mores, & lasciviam carnis cohercere potens. In
 media ingluuii temulenciaque multa pessima legimus
 admissa facinora, insuper audimus, & quotidie fieri cer-
 nimus, quo minus in conquirēdis longius exemplis stu-
 diosos nos esse oportebit. Abstinentiae comes, consilij
 sanitas haud ita facile nos ruere proclives in uitia faciet,
 ut ne interim omittamus ægestatem & miseriam, neces-
 sario sequentes ad intemperantem uictum, ac dedecus
 infamia quoq; : quod tamē nostri sit officij promittere,
 nunc accipe. Usus mediocris cibi potusq; calorem inge-
 nitum, & uires hominis confirmat, membra bene colo-
 rata, & ad qualibet actioēs expeditiora reddit, si bonus
 est interim cibus ac potus, sanguinē quoq; laudabilem
 creat. Intemperatus autem ac promiscuus cuiusq; genes-
 tis cibi potusq; usus, contraria quæque efficit. Nam ob-
 tundit & hebetat calorem uitalem, sanguinem uel gi-
 gnit labilem & inconstantem, uel adurit, certe illaudatū
 creat, frigidiora item corpora facit. Ex quo est necesse se
 qui mortis accelerationem, sequitur item eiusmodi ui-
 etum obstructio viscerum, appoplexian hæc & febres
 & apostemata minari consueta. Iam minora illa paucis
 attingam, quamuis magna utiq; uideri debeant, utpos-
 te, decolor uultus species, & profundi fatorē barathri
 spirans guttur, dentes luridi à defluxu uidelicet materiæ
 rheumaticæ sese illic agglutinatis, oculorum caligatio,
 aurium hebetudo, & instar tinnitus illic sese manifestas
 ictus, frontem & caput totum circunsistens dolor. Mala
 hæc stomachi grauitati indiuidea, tremor membra
 ac inutilitas corundem ad quæque obeunda munia, &
 obliuio anteactorum dictorumq; mens stupida, suique
 parum compos, frigoris interni singularia inveniuntur. In
 cuius quidem argumenti comprobationem, scriptum

In cōmē.
legimus apud Galenum in commētario super quodam sup Aph.

Aphorisi. Hippocratis, sic habete, Eunuchi podagra nō 28. part.
laborant, necq; calui fiunt. Quod ætate Hippocratis pau

DE RATIONE VICTVS SALVB.

ei podagra laborabant, propter uitæ moderationem & temperantiam: nostris uero temporibus, inquit, usque adeo auctis edulis, ut nihil eis addi posse videatur, infinita est podagricorum multitudo, quum nonnulli sint, qui nihil exercitentur, & cruditatibus atq; ebrietatis offendantur, & ante cibum bibant ualida uina, ac Veneri dent operā. Nonnulli uero & si nō in his omnibus, in uno saltem aut duobus ex his quæ dicta sunt de linquāt, sed quum peccatum fuerit magnum, sèpius in uno saltem eorum, quæ diximus deliquisse sat erit. Ob hanc igitur causam Eunuchi etiam podagra corripuntur, quamuis usum nullū habeant Veneris. Talis enim est eorum desidia, insatiabilitas, ebrietasq; ut etiam sine Venereis podagra coripi possint. Hæc eadem de omni articulari morbo dicta uult autor existimari. Quod nemirum tibi uideatur, documento est nominis peregrinitas. Simul forte cū luxu Asiatico & morbus, & morbi nomen in Italianam migrauerunt. Primus, quod opinor, Cornelius Celsus per peristasis articularem eius generis morbum omnem expressit. Quamuis quod ad diuturnitatem temporis attinet, quo quondam apud nostros morbus extiterit, & prima morbi exordia, Sennus Sammonicus Ennium articulari morbo laborasse doceat, podagræ tamen sigillatim mentione non facta.

Ennius ipse pater dum pocula siccata iniqua,
Hoc uitio tales fertur meruisse dolores.

L. 9. epi. Et Cicero in epistolis suis iocans in L. Papyrium, p̄tū familiari, quendam ex pedibus laborantem. Non enim opinor, ait, coquum te habere arthriticum, quasi indicaret Papyrium quoq; simili morbo implicitum, Sed hæc quomodo cunctæ tandem habeat, constat priscis illis frumentis poribus articulorū morbis hoīes minus corripi solitos, quod ex uitæ abundantiore præsertim humidiore articulorū cōmissuræ & musculi imbuant humore pituitoso, causam præbēte uidelicet tātis dolorib;. Quāvis etiā

De hoc
usu lege
Pli. 14. li.
ca. ult. Et
Suet. in
uita Tibe
rj.

De hoc
aliqd Pli.
in 26. ca.
10. & ali
bi quoq;
uturnitatem temporis attinet, quo quondam apud nos
stros morbus extiterit, & prima morbi exordia, Sene
nus Sammonicus Ennium articulari morbo laborasse
doceat, podagræ tamen sigillatim mentione non facta.

GVLIEL INSVL MENAP: XXIII.

fiat à frigore membrorum instrumentalium dictorum, quod per Gale. in
 tinet etiā quae paulo ante diximus. Ne autem uana quae oīm cōmē, su-
 paret, quae statim tradidimus de utilitate diētæ cōperatæ per Aph.
 & nōcumentis intemperantiae, legat citationem Hiero/ ulti, lib. 3.
 nym in certa epistola, cuius sane titulum memoria ex-
 cīdisse ingenuè fateor, sed tamen eius sententia est, quoū
 dam oīm morbo articulorum & podagræ laborantes
 doloribus, proscriptione bonorum suorum ad simpli-
 cē mensam & ad pauperes cibos redactos conualuisse.
 Caruerant enim solitudine dispensandæ domus, &
 epularum largitate, quae & corpus frangit & animum.
 Sed habet suos modos quoq; cibi abstinentia. Non em-
 conuenit iuxta inediam esse satietatem, nec cōtra : sic ut
 lōgo interuallo abstineas cibo postquam plenius factū
 est corpus. Quin autorem habeo Aristotelē in proble. Proble. 1
 Eos tabe plerūq; affici, qui uitam agere in luxu & intem- Sect. 28
 perantia consueti, sese conuertunt ad tenuitatem & ab-
 stinentiam. Quod quidem accidisse Dionyfio Syracusa-
 no in obsidione ciuitatis sue prodit. Causam adiungit
 autor, quod quum consuetudo diuturna in habitum na-
 turæ ferē absoluat, fit, ut qui morē mutant solitū, ægre
 molesteq; discedant ex consuetis, & eodē redisse sibi sa-
 luberrimum censeant: haud aliter, q; si se reuersos ad hā-
 bicū naturæ sentiāt. Tabescunt igitur eo carētes alimen-
 to, quo prius copiosē suauiterq; uesci solebant. Igīt, quū
 à consueto uictu recesserūt, perinde afficiunt, ac si nulla
 re uescantur. Sed ut ego rem luculentius interpreter ex
 autoris sententia. Necesse est uiciata prius facultate ac-
 tratrix, reliquas quoq; facultates, nempe digerentem
 & nutrientē deficere. In quam sententiā meū coit Gale
 nus quoq; in commentario super Apho. Hippocra. do- In 2. Hippo.
 cens uentriculum audius complecti, quæ cū uoluptate po. Apho
 assumit. Quod si secus fiat, sequi nauseas, flatus, & flu- ris. 28
 tationes. Celsus post potionēs multas sitim exceden- Lib. 1;
 tes abstinentiam cibi imperat. Causam opinor, quia ca. 2

DE RATIONE VICTVS SAL.

Et lib. 2^a
ca. 15:

uentriculus frigoris imbecillitatis uitio tum plus labo
rare circa cibum perficiendū cogeretur. Et eodem cap.
Nunquam utilis est nimia satietas, sēpe inutilis nimia
abstinentia. Nulla igitur res, inquit, melius adiuuat labo
rantem, quām tempestiva abstinentia. Quod si laboran
ti utilis est suo loco abstinentia, quid puteamus eandem
præstare sanis utcunq; hominibus abstinentiam posse?
Hic tamen generalis est canon à tota medicorum natio
ne propositus, ut səpius per diē, ac singulis uicibus mo
dicum quid edant, quos offendit abstinentia forte lon
gius interposita. Qui uero iustū coenæ modum implēt,
his, ut in suo genere, abstinentia quoq; necessaria, sic, ut
appetētiam cibi & potus ad extrellum coenæ spatiū
coherceant, meminerintq; potius citra consistendum, q
ulterius iusto progrediendum. Corrigent eam peniten
tiam & emendabunt (si quæ modo futura est) sanitatis
secuturæ commoda. Saturitatis enim terminos non ap
petentia libidine, sed naturæ necessitate definire debe
mus. Statim enim, quām satisfactum erit naturæ, com
pressum os stomachi adiuuabit tum concoctionē, tum
distributionem cibi commodiorem celeriorem, qua
rum facultatum impedimentum fere sequitur à cibo
potuque pleniore. Quod si in reliquis casib; humanis
præsentium malorum breui finiēdorum spes solari nos
solet & expectatio melioris euentus sustinere animos.
Certe ualebit in præsentis abstinentiæ siue potius tempe
rantia sensu uerius, quā molestia proposita nostris ani
mis cogitatio & spes amoenitatis impetrandæ ex se
cunda ualeitudine. Quanquam ne hic quidem molestia
mutata, si à lentis ingrediatur initij bona consuetudo,
corpo utcunque ualente, seipsa quotidie fiat leuior, ac
subinde iucunditas singularis animo percipiatur ex de
posito more uiuēdi prauo & infami. Quibus igitur for
te fortuna non contigit in institutio à primis annis optima,

nullum tamen tempus serum sibi putent, quo ad nor-
mam abstinentiae uitam suam corrigant, illudq; Plutar In li de tu-
chi præceptum perpetuo uersent secum ac obseruent en.bo.ua,
quog; quo ille scriptit: Optimam uitæ rationē deligen-
dam, futurum, ut hanc iucundam efficiat consuetudo.
Et ut uerbis Lucretij utamur: Consuetudo concinnabit
amorem.

Cap. XXIII. De uario usu cibi & potus.

Circa ciborum & potus obseruationem difficultia
uariaq; sunt præcepta, ac impedita ualde ratio tra-
dendi. Qua in re nos ordinem aliquem sequemur
& distinctionem rerum tradendarum, ut in tanta uarie-
tate cōfusioney fieri posse speramus. Temporum igitur
anni si uelimus rationē habere, omnium consensu medi-
coꝝ, pleniore nos cibo uti conuenit per hyemem, eoꝝ
allo, carne præsertim: parciore potu, & eo quidem me-
raciore, si Hippocratem audimus. Hoc tempore ne ho-
lera sumito, sic enim corpus calidum & siccum erit. Cau-
sam habemus ad manū, quoniam eo tempore anni plu-
rimum aceruatur pituitæ, tum ab himbris numero-
sioribus, tum à noctibus longioribus. Oribasius & Aegi-
neta hanc distinctionem additū, ut uelint Aquilone flan-
te cibum nos plus, quam spirante Austro augere, utque
conemur humidis temporibus corpus siccum reddere,
& frigidore aere calidius. De holera uisu sic dissentīt
ab Hippocrate, ut saltē acriorum usum permittat ho-
lerum. Polybus ita demum uariat, ut parciorem esum
holerum largiatur per hyemem. Cuius sentētiā, distin-
guit interpres Galenus, ut putet brassicam esse ex hole-
rum desificantium genere, eoꝝ commodè per hyemem
estari: quare non concessisset ille usum atriplicis & bliti,
ac recentiorum holera. Celsus concors cum reliquis,
ut modicē uescendum putet holeribus, tamen elixam
carnem imperat potius, quam assam. In quorum senten-
tiam ego potius inclinem, nō facile inuenio, certe dispa-

Li. 1. de
rati. uictaDe assis
cibis assē
tūt Poly.Idē in lib.
de hoisna
tura, &
Diocles i
epist. ad
antigonū
regem.In lib. de
ratio. vi-
ctus pri/
uatiLib. 1.
ca. tertio.

DE RATIONE VICTVS SALV.

res in se habet proprietates tam elixa, quam affa caro, si
In lib. de forea narrat Aristoteles. Haec extra aridior, intus humi-
sno & dior: illa intus aridior, extra humidior. Pituitam igitur
tugilia. si uitare cupiemus, frequentiore uidelicet hyeme, par-
tem carnis manducabimus sicciorum. Certe Galenus in
De rat. ui*comment.* super Polybum carnes affas reponit inter ca-
etus pri-
uati. leficiencia & desificantia, quanque si præparandi assandibz
cibi rationem attendimus, dissimilis haec est plerisque na-
tionibus, quum Germanos & Gallos probius uideam
assare carnem, quam Italos & Hispanos. Et tamen si cru-
sta assetur supra modum ac subito, & humor introrsus
Li. 2, ca.
26 cogetur, & crusta bilē atram incrustabit. Denique Celsus
ipsem et carnē elixam refert in censem refrigerantium.
Sin nero consuetudinem prisci temporis considerabi-
mus, quæ tenuerat, ut semel hyeme per diem cibum ca-
peremus, ualebit Celsi sententia. Siquidē caro elixa ma-
Idē lib. 2
ca. 29 gis conferat alio mouendæ, cuius sane astrictionis inter
reliquas causas est, unica per diem cibi refectione. Eoque sic
Hipp. li. ca existente alio prandium quoque per hyemem imperat,
3. de rat, quo de usu semel bisue interdiu cibandi dicemus alias
victus, et commodius. Ab hyeme statim quo plus ad uernū tem-
Cels. ca. 3 pus accesserimus; ita demum aliquid dememus cibo, ui-
lib. 1 nūque paulo magis diluemus aut minus ualēs potabimus.
Laboris par proprie ratio erit, sic tamen ut plusculum re-
Hipp. li. 1. mittas: cibosque molles non multos obsoniaque elixa, cru-
de rat. ui. daque & decocta holera non multa comedito. Per æstate
Et Orib*s* in lib. uero pultē mollem, pulmentūque & obsonia elixa come-
argumēti dito, largiusque potato & dilutius, quo corpus frigidū &
eiūsdem molle sit. Quiescere item à laboribus expedit & cibum
Et Aegi. minuere, solē feruidū quantū fieri potest declinare: bre-
lib. 1; ca. uiter, adhibere oportebit oia que ad refrigerandū & hu-
53. Et Po mectandum pertinent. At uero iam autūno adueniēte,
lib. in lib. singularis habenda uictus sollicitudo est: quod hic inæqua-
de ratio. lis & inordinatus quum sit, multos magnosque morbos
uict. pri. inuehere soleat. Frigus utique uitare oportebit, & meridi-

anum solis calorem: quam sententiā delibauimus, quū
 diximus de aere. Cruditeatem etiā deuitare, quam quū
 ob temporis inclemētā facile contrahas, tum fructus
 quoq; eo tempore māturescētes nouitate gratiaque sa-
 poris allientes fuscitare consueuerunt. Non copia sui
 tantum inutiles, sed natura quoq; uitiosos humores &
 inflationes fuscitare apti. Etenim p̄fstantissimi fructuū
 ip̄tē ficus & uuæ fatus pariunt corrumpuntq; cibos,
 nūl ante alios p̄fsumantur, ita uero neque inflant, nec
 corrumpuntur: tutiores tamen fucus uuis. In æstate ta-
 men quum ex itinere cessamus pauxillum cibi ex fru-
 ctibus æstate prouenientibus, potioque modica conue-
 nit. Qui tamen fructus ita demum minus erunt noxij,
 spanem admisceas. Abstinendum etiam autumno à po-
 tione frigida, cibus siccior sumendus augendusque plu-
 sculum, pocula minora meracioraque proderunt. Hoc
 enim pacto tutiorem sequentibus te seruabis temporis
 bus. Decurso uero iam toto anni tempore in hyemem
 usq; ita demum attemperabis uictū, ut propior hyems Idem ea.
 accesserit: nam iam de sua malicia remittet aliquid au-
 tumnus, ubi uero aer frigidior euaserit, corpus pro frigo
 ris ratione calefacere, & omnia peragere ceu hyeme iam
 instantē oportet. Illud quoq; sciendum ex Dioclis Cari
 stij sententia, initium hyemis habere suas noxas quoq;
 & pituitam in eo plus cæteris hyemis partibus redun-
 dare. Quamobrem tum acerrimū suauissimūq; uinū as-
 sumere, & pinguibus uti oportebit, & exercitari pluris
 sum. Sed quo rectius meliusq; uictum instituere possis
 exploratam habebis notitiam cuiusq; generis ciborū, in
 usum nostrum uenientium. Itaq; dilatis ad breue tēpus
 reliquis ad dispensandam uictus rationem necessarijs, ci-
 borum exordiemur naturas & proprietates, idque ex
 decreto optimorū uerustissimorumq; autorū: qui si quan-
 doque uariare uidebuntur, aut suimet interdum diffi-
 miles, quantum quidem licet componere licem &

Gal. li. 2
de facul.
alimen.

Aegi. II. 1
ca. 50

In epist.
ad Anti-
gonūreg.

DE RATIONE VICTVS SAL.

ambiguitatem tollere conabimur. Quod quidem ciborum cognitio apprime nobis sit necessaria, uel hinc liqueat, quod cibi suos effectus manifeste exercent in corpora quæcunq; sicuti & ipsi à nostris etiam corporibus uicissim patiuntur aliquid, nempe transmutationem sui in chilum. Quæ & si notior res est, quām ut indigeat explanatione, tamen ut rudibus quoq; satisfaciamus, uerba Galenii afferemus. Sic enim habet in commēt. super Aphro-

In comēt. Hippo. Cibi ac potus naturam aduentitiam efficiunt, maxime quidem in uētriculo, cum hoc uero & in alijs partibus. Nam et si maxime obtineantur & transmutentur à corpore, ipsum tamen quodammodo pro sui natura disponunt, ita ut processu temporis multa fiat permutatio ac similitudo nutritorum ad nutriētia. Eadem quoq;

Lib. 5. de mens fuit Platonis in legibus, ubi docet cibos ex terra productos corporibus commodos aut incommodos, & per hoc animis quoque, sic, ut uideamus alibi humanos & mites, alibi difficiles & proteruos. Quod uero uicissitudine quædam sit perpetua functionum naturalium corporum & ciborum, exemplo quodam monstratur à Galeno in libro de temperamentis de lactuca, quæquidem partim medicamenti usum præstat, partim cibis. Quatenus quidem medicamenti est loco, qualitate sua refrigerante præstat, somnum uidelicet conciliando, & Venerem inhibendo; quatenus autem nutrit & sanguinem auget, nutrimenti est uice, & à nostris corporibus per agglutinationem transmutationemq; substatiæ suæ ad membra nostra aliquid patitur. Sed enim in cibis tam nutriendi, quām medendi facultatem obtinentibus manifestiora apparent qualitatum suarum uestigia. Quod enim magis exceedit, ui sua magis agit in corpus, substantia quidem cibi nutriendo, qualitas afficiēdo corpus nostrum. Quod si aliqua qualitate cibus insigniter excedat

De hoc Gale. li. 3. tempora. Lib. 1. de ab huius frequenti usu monet abstinentum Galenus, dist. feb. ceu sunt allia, cœpe, nasturtium, porri, ocyimum, brassi-

GVLIEL. INS VL. MENAP. XXVII

ta, urtica, & eius generis alia quædam cibationi nostræ
 uulgo apta credita. Sunt uero & cibi quoq; nō possiden-
 tes medicamentos am uim, sed tamen substâtiæ suæ ma-
 licia si frequenter sumantur ~~κακοχυταρη~~, & per hoc quoq;
 uarios parituri morbos. Vnde docet Galenus loco pri-
 us citato huiusmodi ciborum usu frequentius interue-
 niente, interdum aliquod uiscerum lædi, plœrunq; autē
 cutem, quoniam in hanc excrements in corpus ipsum
 paulatim forte collecta naturæ ui expelluntur. Hinc igi Id lib. 3.
 &ur oriri solent uarij generis morbi, cancri, phagedænæ, de causis
 herpes erodentes, carbunculi, milletj alia hulcerum ge sympo-
 nera à cibis succi uitiosi oriuntur. Quod ne mirum tibi
 videatur, refert Hippo. in oppido Aëno Thraciæ in ma-
 gna cuiusdam difficultate annonæ populos leguminis
 bus uictitasse crurumq; tumores & dolores ideo cōtra-
 xisse. Sit igitur hic tibi perpetuo tanquam scopus ante
 oculos ppositus in cura sanitatis, ut mīdis euchymistq;
 cibis utaris. Nam ut in cap. de febre pestilentiali idem au-
 tor ait: Quæcunq; enim corpora munda sunt ac min-
 imum excrements colligentia, nonnulla quidem nihil,
 nonnulla uero minimum mali sentiunt, ac facile ad na-
 turalem habitum reducuntur, si paululum quid aberra-
 tum fuerit. Quin si utique cibus facilis sit concoctionis,
 dum tamen fuerit mali succi, abstinenti monet Aëtius Li. 2. ca.
 sensim enim ex his progressu temporis irrepit depraua-
 tus humor intra uenas collectus, qui qualibet leui occa-
 sione putrefactus, maleficas febres accedit. Et Galenus Li. 1. de
 prauos cibos & potionis appeti dicit ab ijs, qui uitiatis cau. sym.
 abundant humoribus, & hanc appetentiam paulatim
 augeri simul cum ipsius consuetudine uictus. Ex quo fit
 ut iam minus miremur ab hominibus gulosis appeti fu-
 mo duratos repositostq; pisces ac carnes, idque inter me-
 dias potationes frequenter. Qui igitur corruptis aut alie-
 nis saporibus delectatur, manifestam apud se coniectu-
 ram habet retentoriū præsertim in ore uetriculi prauor

DE RATIONE VICTVS SAL-

succorum. Qui uero à naturali temperie non declinat,
maximam ei uoluptatem afferunt cibi dulces pingue-
que, quod hi omnes corporis substatiæ sint per quam fa-
miliares. Cæterum illud quoq; ad meliorem intelligen-
tiam, ex eodē autore duximus adhiciendū, qd quatenus
à naturali tēperie natura recesserit, contrariā nos uictus
rationē sequi debere, ut succi cōtrarij cibos assumamus,
q; ij sunt q; morbi excitauerunt, nēpe ut crassis tenues te-
nuibus crassos opponamus, lento; hs qui secadi uim ha-
bent, acutibus lenes, frigidos calidis, utque hos illis,
siccis humectantes, humidis aridos. Vt tigitur ciborum
naturam cognoscas, ex ordine ipsos prosequemur, qui
quidem nobis in usum quotidianum uenīunt. Ac primo
quidem de leguminibus & holeribus agemus.

Cap. XXIII. De natura ciborum & potus, ac primo de leguminibus.

Leguminum omnium uis & natura est flatum exci-
tandi, melancholicumq; succum creandi, eoq; aut
non edenda, aut certe parcus edenda sunt. Quanq;
coquendi condiendiq; ratione fieri potest, ut malitiam
suam aliquantū deponant. Solæ fabæ uim in flandi ppe-
tuo retinent nisi qd minus inflant fabæ integre coctæq;
I lib. 2. de tritæ in farinā Oribasio teste. Refusa em priore aqua, &
cofect. ci. in noua decocta legumina minus inflant, sic tamē cocta
crediderim difficiliores euadere ad digerendū: quæ qui-
dem natura esse solet omnium ciborū s̄p̄ius decoctor,
quod quum alias uerum sit, de leguminibus affirmari
posse nemo dubitet. Nam quū ualētissimi esse nutrime-
ti censeant, naturæ in eis digerēdis maior labor & diffi-
cultas obijcitur. Poteſt aut in oībus dapibus quicq; d fla-
tuosum contineat, p calefientia & extenuātia corrigi.
Gale. li. 1 de facult. alimen- Omnium tamen leguminū m̄hi crassiore succo cōstare
uidet faba, qd & corticis duricie manifestat. Quin si cre-
Li. 1. et 2 dimus Cice Pythagoreis interdictus olim elus fabæ fue-
de diuina, rat, quāuis Aulus Gel. dissentiat, qd inflationē magnā is

GVLIEL. INSVL A. MENA. XXVII.

cibus habeat tranquillitati mentis quærenti uerā cōtra
riam. Certe si quibus alijs, senibus oībus & melancholi-
cis est à cibo inflāte abstinentū, quod ipsi naturā quoq;
obnoxij sint inflationibus. Solent præterea inflantes ci-
bi Venerem excitare. Habent tamē hoc boni fabæ præ-
pisis, quod citius per uentrem euadunt, minor tamen
inflandi uis est pisis, q̄d fabis. Phaseoli etiā licet inter ual-
de inflantia numerentur à Dioscoride, sic em̄ ille haber,
Φασιολος Φυσικων, πνευματωρικων, quasi dicat & flatus co-
piam, & sp̄ritus in tumorē sublatos gignere phasiolum Lib. 2
uel ut Columella nominat, phaseolū. Tamen ab Aētio
simul cū pisis phaseolus quoq; & ochros, id est, eruilia
passim dicta, numerantur inter ea, quæ mediū sunt gene-
ris, hoc est, inter flatuosa & flatu carentia. Concordis cum
Aētio Galenus illud insuper addit, phaseolos & ochros
medium quodāmodo locū tenere inter cōcoctū facilia
& difficultia, tarde citoq; trāseuntia, parz alentia & multū.
Eruū idēq; orobus à plārisq; esse putat, quod lisen uo-
cant apud Germanos, coniecturā accipiētibus à siliquæ
figura, quod teres sit, & cylindri specie, & qd grana sine
septo habeat ut pīsum. Cerre genus fuit cibī dānatī tem-
poribus Galeni, & insuauē gustu, & prauī succī habitū.
Si tñ diutule maceretur in aqua insuauitatē deponet, in-
star lupinor̄. Lentis usum reprobat Gale. ut eo frequen-
ter uescētes incurrere dicat elephātiasin & cancrū, lente
tamen q̄ uescerētur æqui animi fieri hoīes, putauit anti-
quitas. Inde dictos uolūt lētos hoīes deriuatione quadā,
ut qui nullo mouent affectu uehementiore. Putat Hip-
pocrates leguminis omnī minorē esse noxam, si cū alijs
cibis edantur. Galenus certe non p̄misisset hominē suā
curā traditū uesci leguminibus cū salsis carnibus, eō q̄
futuq; sit, ut crassi humores hoc pacto augeantur. Salsæ
nancj carnes pariunt crassum & melancholicū sangu-
inem, ex quo fit, ut intelligā nihil, aut certe minus offend-
sum Galenum fuisse, si una cū cibis calidis & attenuan-

ca. 255

Lib. 1. de
facul. ali,

Pli. li. 18
ca. 12

Lib. 4. de
uict. rat. i
mor. acu.
Lib. 1. de
facul. ali,

DE RATIONE VICTVS SAL.

Molaribus
tibus legumina comedantur, sicuti retro quoq; ex eode
autore monuimus. Ego fere soleo legumina eius aptio-
ra sic temperare ut paululū in iunctam creci & cymamo-
ni: nam hoc pacto aliquid terræ proprietatis suæ depo-
nunt. Adjicio item duas zingiberis, unam piperis partem,
aliquantum etiā cymini, quo facilius secedant, ad extre-
mum aliquid aceti uiniue & butyri admisceo. Præstat
tamen non excoquere legumina, sed eosque dum ter-
tiam quartamue partem aquæ absumperint, & aquam
adhibere quam lenissimam ceu pluvialem. Nam & hac
citius coquentur, & molliora euident, & digestioni mi-
nis præbitura sunt laboris. Ius leguminum in usu sanita-
tis curandæ magis conuenit, quam cibandi corporis,
præsertim ius pisorum alborum. Valebit enim ad amo-
liendas uiscerum obstructions, & ad mundationem ua-
sorum, quæ uulgo vocant colatoria, ceu hepatis, renum
& uesicæ. Illud postremo minime prætereūdum, quod
Epidemi. & superius modice attigimus, annotatum ab Hippo. in
Epidemijs, à multo leguminum esu sequi pedum dolo-
res & tumores, eosque haud ita facile desinere. Quod si
quis copiosè utatur pisis & eruo, sequi genuum quoque
dolores, deniq; facere huius cibi iugem ac frequentem
ufum iracundos & discolores, tristes, pauidos, ac totum
insuper corpus affici, ex eodem collegimus autore. Peri-
rat, ratione collecta ex leguminum frequenti usu, diffi-
cilius cuiusdam annonæ tempore.

Cap. XXV. De holerum natura & usu.

*Lib 3. Itēq; Ae-
tius lib. 2 ca. 260* **I**n libello suo de facultatibus alimentorum docet Ga-
lenus præmittendos frequenter esse in mensa cibos
facilis transitus, qui lubrica sua ui reliquis cibis ceu
præmuniant uiam. Nihil utiq; referre arbitratus si malis
sunt succi priores, sed caue, ne diu moreris, quin statim
sic incepta continuas coenam, & meliores succi cibos
superandas. In quam quidem sententiam docemur ab

holeribus recte incipi coenam. Celsus reliqua forte assen
 surus, olei tamen gariꝝ mixtura condiri uult holus, hoc primo, ca
 quærens, quantum percipio, ut ne transitum moretur pi. 2
 holus, sed statim elapsum per uentrem malitia succi sui
 minus noceat. Et respexit ille forsitan ad stomachi debi
 litatem quoꝝ transmittere statim holus acceptum ne
 queuntis, quæ tamen si multa est, oleum nequaquam por
 rexero. Quod si humidi cibi, lubrici, ac parati ad facile
 deiectionem postremo sumantur, prius acceptis aliquid Gale, &
 de sua impertinentur putredine. Ex quibus tandem rat Aetius lo
 onibus colligo, non semper cōmodē dari lac initio men
 sae, præsertim cui plurimum iniectum fuerit panis simi
 lacei, aut rerum crassarum, quæ quidem retardent mi
 grationem ipsius. In quam partem mecum propemodū Lib. 1. de
 facit Galenus, docens edulium à rusticis ampla triticeæ
 farinæ portione cum lacte decoctum esse in numero il
 lorum habendū, quæ infarciendo obstruunt. Huiusmo
 di ergo cibi omnes, inquit, ut & probi succi & alibiles
 sunt, ita assiduo utentibus nocent, in iecore obstructio
 nem, ac in renibus calculos pariēdo, ijs præsertim, qui
 bus renales uiꝝ angustiores natura forte cōtigerint. Sed
 eodem quoꝝ loco meminit eloti panis, dicens imbecili
 li oris nutrimenti eundem cibum, & ab obstruendi no
 xa satis immunem. Nec solum aqua madens panis, ut
 Celsus apertius elotum panem ostēdit, imbecillissimis Lib. 2.
 nutrimentis annumerari potest, sed quiscunqꝝ intinctus
 iurulēto. Sed immiscuimus hæc per occasionem quan
 dam docendi, à quibus edulij melius coenā ordiremur,
 dum eō quoꝝ holerum usum cōferre testamur. De ho
 leribus igitur scribere uolentes, uariè tractatam materi
 am aggredimur, haudquaquam carētem ambiguitatis
 ob confusam nominum rationem. Nec tam certa fere
 traditio unquam fuit uocum, sumptis à figura nascen
 dicꝝ modo inditij, quin in uarias itū sit sentētias. Quod
 quidem suo seculo quoꝝ accidisse ipsemet Galenus con

ca. 17

DE RATIONE VICTVS SAL.

ego rationibus ac coniecturis adducor, ut existimem beatam & brassicam in ueteri sua significatione retinendas: nisi forte erit, qui betam uolet accipi pro ea, quam Itali uocant spinachiam nostris ruribus incognitam. Ut igitur brassicæ prosequamur naturam & proprietates, fuit

Ca. 156.
Li. de re rustica
Lib. 1

haec in magno olim usu & pretio. Laudes eius à Catone dicerem magis etiam, quām tanti uiri fidem & autoritatem decebat, decantatas, nisi intelligerem respexisse illū ad medendi usum, quum ab omnibus rei medicæ scriptoribus sciam brassicam tanquam melancholici succubum habitam: Ab Aëtio etiam damnatam tanquam exiccandi uia sua oculos hebetaret. Igitur ut reliqua hōlera quæ ~~μαλακτικά~~ dicere possis, humore aquo suo humidis naturis sicut inutilia, ita habet & siccitatis brassica non nihil, quo noceat. Lactuca aut, quāuis refrigerandis humectatq; ui sit, bonitate tamē succi reliq; oībus hōleribus antefertur, quod plurimum sanguinis procreet. Ex quo facile constat, id quod scriptorum rei medicæ testimoniō comprobatur, nō ita magnam frigoris inselē copiam lactucæ. Valet item ad sedandam fitim, eoque recte datur in febribus, sed tamen non nisi modice cocta, ualētib; autem naturis porrigi potest cruda, dum

Acetaria
nominata
olim do-
cet Pli. li.

adhuc tenera est ex oxylæo sumpta, more herbarum omnium, quas ~~δέλερας~~ in circu uocat. Praestat & alimen-

19. ca. 4
Li. 2. de
facul. ali.

tum copiose, ut pro herbæ natura, frigidum tamen & humidum creans. Estque inter herbas eo genere atq; loco, testante Galeno, quo ficus sunt inter fructus autūnales: Venerem quoque cohēcere & somnos conciliare apta. Succedit intybus, uel ut Vergilius numero plurimum dixit intyba similis cū lactuca facultatis. Quiddam

In Geor.

tamen præ se ferunt amaritudinis, eot; sunt etiam in mendendi usu. Quidam uocat cichorium, ueq; id est agreste genus. Marcellus Vergilius Florentinus summa uir eruditione decet intybum esse, quod Etrusca lingua corru-

In cōmē.
sug. li. 2.

Dioscor, pte nominant Endiuiam. Sequitur eruca lactucæ fre-

GVIEL. INSVL. MENAP. XXXI.

Quenter in usu ciborum adiungenda, uel ob saporis gratiam, uel quod illius frigus calore suo foueat, Venerem excitare idonea, si sola edatur, siccirco ab Ouidio amantibus prohibita, ait enim erucas etiam iubeo uitare salaces; apte præterea condimus iurulenta erucis, unde græca appellatiōē dicitur ἡράνη. Aegineta copiosum eius usum prohibet, quod eam doloris speciem in capite succiteret, quæ καθαλαία dicitur, est enim ille int̄esus capitis dolor, à pituita plerūq; originem habens, ut diffinitur à Galeno in Isagoge nominum. Illud etiam te latere nolumus, holera minuta reponi à Celso inter astringentia. Causam interpr̄tor, quā quum nouissime Patauij agerem me contulisse memini cum Vincentio Madio uiro philosophiæ doctissimo, quod à concisione multa plus etiam succi defluat; iam uero succus præsertim brassicæ mouēdi aluum uim habet, sicut fistendi corpus ipsum. Altera est, quod ab incisione nimia multus flatus inuoluitur holeri, quæ etiam ratio traditur à Macrobio, qua/ In 7. Sa- re Igitur digestionis difficilis habetur. Damnatum tur. Præterea morem à quibusdam uideo holus cum lacte coquendi, quod is cibus fumos de se reddat capiti utiq; molestos. Damnatum item morem holera in modum salgamorū condiendi reponendiq; hæc pessimi sint sucūti, licet iam confecta per aluum probe abeant. Solet etiā in prima mensa sumi capparis ad excitationem appetentia, soluit insi per pituitam, & splenis tumores ac inflations. Psellus autor uetus contēporaneus Cæs. Constantini tradit officere renibus, temperari tamē hanc no- xam admixtione zingiberis. In similem quoq; usum oliuas salsas mādimus, succi tamen natura ac bonitate perfertur oliuæ capparis. Præterea sunt in usu primæ mensæ ac holerum uice certi fructus quoq; æstate proueniētes κακοχυμοι quidem illi, eadem igitur ratione modo que sumendi, quo solent holera, qui nisi exactam erunt consecuti maturitatem, flatus copiam suscitabūt, quoq;

De reme
amo.

Mib. 2
ca. 29

DE RATIONE VICTVS SAL.

magis erunt lubrici ac dulces & corruptionis uitio magis
obnoxij, eo parcus sumedi; nec alijs magis ex usu q̄ longo
defatigatis itinere, & ex ingenti squalentibus aestu.

Gale. li. 2
de fac. ali.

Tum nanq̄ hoīem refocillant ac iuuant, partim squalorem
irrigantes, partim mediocriter refrigerates, si qđem
frigidū assumātur. Præterea nisi qs stomachū purg habeat
et immunē à prauis humoribus, haud ita tuto ueste
aestiuis fructibus, quo cunq̄ tandem parentur modo. Nisi
enī fructus pficiant in uētriculo, descēdantq̄ celerrime,
id est omnis expertes qualitatis, nec aliquem notatu in
signem referentes gustum, è quibus cūcürbita. Quęcūq̄
igitur eius sunt generis, quia innatam habent aqueam
facultatem, acribus, aut austeri, aut salis iungi uolunt,
si quis & cum uoluptate ea capere & nauseam ac flu
ctuationem cupiat euitare. In uniuersum autem humi
di fructus tenue humidumque ex se progignunt nutrit
mentum, qui uero firmam ac solidam habent substan
tiam, copiosius alunt. Sunt tamen minoris noxæ fucus,
& quamvis copiosum præbeant corpori alimentum,
tamen nequaquam solidam & compactam carnem ef
ficiunt, calculo laborantibus salubres. Cæterum de fru
ctuum genere ex arboribus productorum conueniet
stomacho infirmo laborantibus astringentis naturę fru
ctus exhiberi in secunda mensa, aliquando etiam cum
pane aduentrem stomachumq̄ corroborandum, præ
fertim qui ex hyeme in uer uisq̄ asseruantur, si in feruis
cineribus mediocriter assi fuerint, laxabit enim hoc

Lib. i.
ca. 2

pacto alius. Quamvis Celsus doceat secundā mensam
in imbecillo stomacho coacescere, & poma similiaq̄ re
ctius assumi primo loco. Auicenna sere concors cum
Celso uult statim à fructuum esu molliter nos inambu
lare, donec descendant, ac deinde reliquum cibum su
mere. Ego quomodo hos inter se componam, haud ita
facile inuenio, nisi quod si præsentem nutritionem cor

1. Fen. 3:

poris quærimus, aptius sumi in prima mensa pomum;
 si uero laxari aluum cupimus, melius sumi post cibū.
 Illud sane constat, acerba poma sua ui astringendi, si pri
 us sumantur, protrudere frequenter, quæ in uentriculo
 inuenit, & excitare appetentiam, exinanito utcunque
 stomacho. Aptior præterea succedit nutritio, dum ci
 bus non inuenit corruptos humores, quibus si permis
 xtrus fuisset, futurum erat, ut ipse quoque corrumpere
 tur. Si uero postea sumatur, simul cum cibis nondum
 plane digestis delabentia minus inseruiunt nutritioni,
 ac fortasse plus exhibebunt stomacho negotij, qui ieiu
 nus melius poterat cruditatem pomorum concoquere,
 parcus tamen suaserim coenandū crudo cibo prius acce
 pro. Illud obseruādum quoq; quod assiduuus malorum Hip. in lt.
 usus stomacho parit cruditatem, & frigus: Interdum & de mor
bis q; in/
 febres uel hydropen ijs qui pclues ad hos morbos na/
 turā sunt, cholicas quoq; affectiōes ob inflationes. Quā/
 obrem si quando usus interuenit ipsa edendi, adiunge/
 tur anethum aut foeniculus. Cydonia mala quæ & coto
 nea, eximuntur à noxa reliquo. Psellus autor est exhib/
 larandi uim ipsa habere. Quin Palladius non nisi insitū
 onis & germinationis genere inter reliquas arbores simi
 lem facit cydonia mala ferentē arborē, quū natura sinc
 diuersa & infelicius pueniat inter vulgares arbores. Ve/
 nio nunc ad rapas, quæ nutriunt quidem copiose, si per
 coquantur, multam enim requirunt coctionē, carnē ta/
 men laxam & mollem efficiunt humore inutili replētes,
 si credendū est Dioscoridi. Cuius tamen facile est docu/
 mentū sumere ab animalibus rapa saginatis. Aduersan Gale. i li.
 tur etiam nonnihil stomacho, sicuti radices omnes fer/
 me, & epilepticis præcipue sunt uitādæ, excitant tamē comitiali
 ciborum appetentiam, itemque Venerem, his minus
 alunt dauci & pastinacæ, & praui sunt succi. Radicula, Lib. 2 de
 qui & rhaphanus magis obsonij, quam nutrienti no/
 mine editur. Damnatur à Galeno & Aegineta mos facul. ali.

DE RATIONE VICTVS SAL.

raphanos post reliquum cibū sumendi, non enim hoc pacto concoctionem adiuuabunt, ut etiam impedian. Porrum, cæpe, allium pro condimento potius sunt, q̄ pro cibo: corpus enim calefaciūt; & crassos in eo humores extenuant ac incidunt, & appetentiam augment edendi, i.e. circa cōdiendi omnes cibi crassæ & glutinosæ substantiæ h̄s radicibus. Allium potentiore quadam uirū est, ut etiam medendi præbeat usum. Quin Galenus ageret, solum theriacen uocat allium: flatus em̄ discutit & sitim minime infert. Nam etsi uis acrimoniae ipsi propemodū par est cū cæpis, non tamen sicim excitare ut cæpas idem autor ostendit. Omnia tamen præcipue uult allio uel & Gallos. Cæterum acrium omnium ciborum usum assiduum euitandum monet, præsertim h̄s, qui naturæ plus æ quo fuerint biliosæ, quod interdum h̄ cibi ualeat febrem excitare in corporibus ad febrem paratis. Illud postremo adiungendum putau ex Galeno sumptum, quod multis holerum usus haudquam conueniat robustis & exercitatis corporibus: quod si quis salē hōleribus & ptisanæ cremore uescatur, uniuersum corpus corrumpatur & exhauriatur. Atque hinc sumptam intelligent rationem, quare Marsilius Ficinus uelit portiones, quo & nocturno sūt minore, & plus alimenti corpori exhibeatur.

Cap. XXV. De frumentis.

AD bonitatem cibandi quantum faciat frumentis incorrupta sanitas, uel hinc colligas licebit: qđ magna ueteribus cura fuerat docendi nos, quomodo frumentum asseruemus condamusq; ut quam minimum corruptionis contrahat. Vnde legimus apud Varronem triticum condi oportere in granaria sublimia, quæ perlentur uento ab exortu ac septentrione, ad quæ nulla aura humida ē propinquis locis aspiret.

Li. 12 de
mor. cu/
ran.

Lib. 2. de
facul. ali-
men.

Lib. 1. de
diff. feb.

Li. 1. rei
rust.

GVLIEL. INS V. MENAP. XXXIII.

Parietes uult incrustari, & si fieri possit, opere tectorio marmorato, aut certe quam solidissimis parietibus, quo minus illuc mures sint & uermes, & grana solidiora fiant ac firmiora. Et Palladius docet austrum uentum noce re frugibus, iecirco ab horreis, inquit, austus debet esse auersus. Debet igitur in usum pacificij frumentum eligi messe collectum bona, quod himbrum non uitiarit multitudo, & in editis non palustribus locis, aut conualibus natum. In editis locis natum eligendū, quod probabile sit frumentum illud contraxisse quam minimum aqueae naturae & impuritatis limosae, & quod per purgatum sit uentorum flatu; nam id quoque à rubigine tutius erit Plinio teste. Galenus certe, ut ad omnia satis accura Lib. 18.
tus, inter cibos praui succi numerat, qui ut optimi modo sint, tamen asseruationis modo, aut putrefactionis Lib. 1. de
extranea qualitate uitium contraxerunt, ut frumenta, differ. fe
hordea, ac oēs aliæ fruges, quæ ad usum cibi assumuntur: quarum nonnullæ longitudine temporis putrefacti onē acquirunt, aliæ quum male repositæ fuerint humiditate replentur, quædam uero & in primo ortu depravatur rubigine. Tales cibos, inquit, hodie quoque urgen te fame plures coacti comedere, nonnulli quidem à putridis & pestiferis cibis interierunt, nonnulli autem pustulas instar scabiei ac lepræ in corpore contraxerunt. Nec solum dare operam debemus, ut frumenta, quibus nos uescimur munda electa sint, sed etiam animalia, quorum nos carne cibamur, minime uitiatis saginentur frumentis. Sed & mente haberi debent animalia inter saginandum, unde sus quamuis immundissimum animal, mundissimum tamen cubile postulat, alioquin non æque pinguesceret. Nec etiam sperandum est ullum corpus humorem bonum comparare posse, quod corrupto cibatum fuerit alimento. Minime autem, quod frumento, quum cœfclus inde panis diuturnam plerunque moram in uentriculo faciat & maior sit noxa panis non bene con

L. 1. re
rusticæ

Columel.
li. 7. ca. 9

DE RATIONE VICTVS SAL.

feci quām cānis aut aliis cibi, narrante Galeno libro primo de facultate alimentorum. Creditur etiam à plerisq; ager recens stercoratus non electi generis proferre frumentum. Causam adhuc desidero, certe saporis

Palla. eo stipulat in 10.lib. reiruit. & Pli. li. 19.ca.8
indicio manifestatur in uinis alienam qualitatem acqui-
sitam à simo, quod quidem etiam de frumento & herbis
posse iudicari, par ratio uidetur, & si sensus saporis in his
propemodum occultus. Quandoquidem non à soli, sed
fimi natura sapor ille uinis inditur, alioquin non sterco
ratæ uineæ saporem inderet uinis suis quoq; consimilē,
cum ihs quæ pingues sunt lætamine. Exstimatorum ego
quoq; frumentum præ luxurie nimia in terram procum-
bens in numerum salubrium non esse recipiēdum: quip
pe sole non penetrante, nec perflante uento satis apparet
non posse sequi exactam maturitatem. Qod ad solum

Ex sente. Cel.lib. 2 ca. 17
uero pertinet, natum in colle, maiore facultate nutrien-
di habetur, quām in cauis planisue locis. Itemque illud,
quod passim in usu est panificij, quām ex quo zythus,
ceruisia dicta aliusue liquor, aut potio cōficitur. Quod

Lib. 18. que celerius metitur, robustius censuit Plinius. id ego
ca. 30. interpreter ualentioris nutrimenti: quamvis copiosius
inueniatur, quod serius metitur. Sum in hac hæresi
quoque, ut uelim terram maiore labore frequentiore/
que cultura subactam, firmius & ad alendum melius
proferre frumentum, quām quæ conculatione uestiv-
gjsque boum saltem à satu proteritur, aut leui subduci

Lib. 1.de tur aratro, exemplo Aegyptiorum, ut narrat Diodo/
gesianti rus Sículus. Iam in ipso quoque genere frumentorum
as Aegy. magna inueniuntur discrimina. Plenioris est nutrimen-
ti triticum omne, quām panicum & milium, & ex triti/
co plenius nutrimentum præstat filigo. Sed quia tritici
filiginisque mentio facta est, haud dubie futuros intelli-
go, qui desiderent & requirant à me sententiam & insti-
tutionem super hac re tanquam ambigua uarijsque ha-
cenus tractata rationibus. Quibus ego primum respon-

GVLIEL. IN SV. MENAP. XXXIII.

deo, terreri me magnitudine expectationis & periculo iudicij alieni de me forte futuri. Quum intelligam neminem unum apparuisse proximis seculis quantalibet eruditione præditum hominem, qui certi aliquid fuerit pronuntiare super ea re ausus. Et facit ad difficultatem iudicij, quod nulla nobis clara video monstrata uestigia antiquitatis quibus certo tutoque ingrediamur, ac tanta sit etiam discrepantia inter se se medicæ ac rusticæ rei scriptorum, ut uel exercitatissimis ingenijs negocium faciant, suspensaque teneant iudicia, ut ne sciatur ferè, quis potissimum sequendus nobis sit autor. Quanquam si nec hic omni ex parte nostro huic seculo ad superstitionem usque curioso satisfecero, ununa mihi uideam perfugium cum multis alijs scriptoribus relictum commune, quod incertitudini & diuersitati sententiarum causam dent vagæ frumentorum appellations, quodque nec eadem sint ubique. Ne tamen fide diligentiaque nostra tibi desimus, lector, breuiter afferemus nonnulla, quibus uidemus nobis (ut in tam perplexa obscuraque re.) lucis & certitudinis aliquid allaturi. Ac primum quidem illud animaduertimus, quod qui Columellam sibi asciscunt autorem, triticum & filiginem his rationibus distinguunt, ut robustius triticum sit, infirmior filigo. Eisdem plane id uidetur esse robus, quod nos, yueiss uulgo dicimus, triticum uidelicet colore rutilo, ijsdem quoque censitibus filigo erit, quam nos quandoque secuti morem uulgarem consueuimus appellare filiginem. De robo nonnihil addubito, & si rutilo esse colore id triticum, nomen quoque ostendit. Rutilus nanque robum olim fuisse dictum inuenio apud Festum Pompeium. Sed Columella internum quoque colorem robi uult esse rutilum, quod nostræ filigini, uulgo yueiss, non conuenit, sic enim habet: Granum autem rutilum, si

Id est q. p. ui
det Pl. li.
18. ca. 8

Ex Colu.
li. 2. rei ru
sti. ca. 6

Eodē lib.
ca. 9.

DE RATIONE VICTVS SAL.

quum diffissum est, eundem colorem interiorem habet,
integrū esse nō dubitamus. Quod aut̄ nostra filigo non
sit eiusdem generis cum ea, quam Columella describit,
ex uerbis statim sequentibus percipimus. Quod extrin-
secus, inquit albidum, intus etiam conspicitur candidū,
leue ac uanum intelligi debet, nec nos tanquam optabi-
lis agricolis fallat filigo. Nam hoc tritici uitium est, &
quamvis candore præstet, pondere tamen uincitur. Ve-
rum in humido statu cœli recte prouenit, & ideo locis
manantibus magis apta est; nec tamen ea longe nobis
aut magna difficultate requirenda est. Nam omne triti-
cum solo uliginoso post tertiam sationem conuertitur
in filiginem. Vides ne modo tritico uulgo haec tenus ap-
pellato nullo modo conuenire robū Columellæ. Nam
illud genus tritici colorem ostendit rutilum, quum fue-
rit diffissum: nostrum uero album: illud foris rutili colo-
ris, nostrum uerius citrei. Rursus filigo Columellæ uitii-
um est tritici degenerantis ē grauiore firmioreq; in leui-
us & infirmius: nostra filigo firmi ualentisq; habetur nu-
trimenti. Inuenit præter priorem illam degenerem fili-
ginem, adhuc aliam Columella trimestrem imbecillis-
simi alimenti. Ex quo iam tandem patefit, nostram fili-
ginem non esse congenarem cum illa Columellæ. Sed
audiamus nunc alios scriptores, qui nos confirmant in
sententia pristina. Quorum unus Plinius contraria ser-
me ratione atque Columella scribit filiginem biennio
quoq; transire in triticum, hoc est firmum frumentum,
in aliud infirmius. Ponderis & candoris designatione fe-
re coit Plinius cum Columella, nisi quod non tritici uit-
ium, ut alcer, sed tritici delicias dicit esse filiginem. Au-
diamus rursus uerustiorem Plinio Cornelium Cellum,
qui quum filiginem doceat esse speciem tritici, firmiore
tamen ipsam statuit, quam ulli ex tritici genere, quum
firmorem dicit filiginem, ualentius nutrimentum filigi-
ne nobis præstari significat se se intelligere. Et re uera col-

C. 6

Lib. 18
ca. 8.

Lib. 2.
ca. 17.

Iata filigo nostra, uulgo ueeiss, æquis portionibus cum reliquo tritico copiosius exhibet nutrientum. Successit iam poëta Aquinas panem filagineum cunctis præfrens tanquam delicatiorem:

Sed tener & niueus mollisq; filagine factus
Seruatur domino.

Iuuenalis
Satyra 6

Et in quadam epistola ad Lucil. Seneca, Malum panem inquis, expecta bonus fiet, etiam illum tenerum tibi & filagineum fames faciet. Diceret aliquis, quo igitur nomine significabimus uulgare istud triticū nostras (rogogen plebi dictum)? Respondeo, uocetur simplici nomine triticum, donec erit, qui peculiare ipsi nomen datum inuenier. Constat igitur tandem testimonij tot autorum laudatissimum olim frugem filagine habitam, ut ex qua panis fieret optimus. Nec enim ex leui parumq; firmo frumento, sed ex denso prægrauitq; panis sit præstantior, si Galeno credimus: Et optimum triticū æqua mole ex pensum, multo maiore ex parte propendet, ut idem est Lsb. i. de facul, ali. autor, & subiicit postea: Ac panis quidē syncerissimus, quum à Romanis, tum ab omnibus qui illorum subiaceant imperio, filagineus uocatur, quodq; hic panis sumum præstat alimentum. Sed cognoscemus rem melius ex uerbis Pauli Aegineta, & interpretatione Marcelli Vergili modum priscum confectionis panum. Ex farina cribro excussa fit triticeus, cui in nutriendo primas partes assignarunt. Hunc Paulus Aegineta σιλιγίνην, id est, filagineum uocat, quod ex filagine quæ omnium generum tritici firmissima est, conficeretur. Post hunc ex similagine, quem ερυθράτην idem appellat. Et tertium qui ab omnibus σύρνομενος appellatur, à Galeno & Celso στρόφης, quod ex omni parte tritici sine detractione ulla constet. Quartum ex amylo factum, quæ Celsus ex polline factum dicit, eundem haud ita plus nutrimenti præstare uult Aegineta, quam panem ex aqua lotum, confectionis modum nostras credo pistrinas ignorare. Quin

DE RATIONE VICTVS SALVB.

tum cibarium à Celso & Cicerone alias dictum ipse uocat *πυρηγίδη*, hoc est, sordidum: Galenus πιρηγίαν, id est, furfuraceum appellat, quod plus furfuris admixtum, quam farinæ habeat, ater fortasse, quomodo apud Terentium parasitus meretricum sordes taxaturus, ait panem atrum ex hesterno iure ipsas uorare. Possem ego hic uarios modos molendi tritici pinsendique panis afferre, uerum qui huius rei studiosus erit cognoscendæ, legere poterit Plinius lib. decimū octauū natu. hist. & Hermolai Barbari patriarchæ Aquileiensis Corollaria. Quod digi-

Cel. in 2.
ca. 17. &
29

tur ad sanitatis curam attinet, scire te uolumus, panem filigineum inter ualde nutrientia & astringentia haberi, itidem eum qui fit ex simila. Qui furfuris plus admixtū habet, citius euadit per uentrem, qui uero medij est generis *αύρωνυμος*, medio modo se habet inter facultatem astringentem & abstergentem. Sunt autem ad concoctionem apti, quicunq; plurimum fermentati & bene multumq; subacti, ac in clibano percocti igne moderato. Nam ignis uis iusto maior exteriore partem panis adurit, ex quo necesse est ineptum & prauum panem fieri, interius crudum incoctumque, ambustum in crustæ modum externe: sicuti ignis uis iusto debilior in totum panem nequit penetrare, ideoque subcrudam relinquit maxime intimam panis partem. Abstinendum etiam à pane recenti, præsertim calido: nam adhuc lentorem aliquem retinet, qua causa panes recens pisti inter se cohærent, non autem frigidū. Nam glutinosum illud simul cum calore egrediens, seque cum humore permiscens facit ut panes cohæreant. Sed Auncenna obseruauit cunctem facere sitim, & quamuis cito digeratur, tardè tamē distribui. At à doctis laudari uideo olfactum panis calidi naribus admotū, cui uinum aliquod ualens & odorum infundatur, mirum in modum haustu eius odoris cor ipsum recreari confortariq; tradunt. Est etiam omitendus panis uetustus, exiccat enim, & est melancholici

Ex Senecæ.
Gale. li. 1
de facul.
alimen.

2. Canō.

succi. At à panibus non fermentatis, seu azymis cauen'
dum omnibus est, quod facilimè intus corruptantur:
sed & abstinentum ab usu multo panis furfuracei, me/
lancholici enim succi sunt, & pauci nutrimenti: contra
vero filiginei panes boni succi sunt, laudabilem creantes
sanguinem Panis etiam è frumento novo factus uale/
tioris nutrimenti habetur. Valde etiam cauendum à
Panis crusta, quæ & ipsa mali est succi. Sit præcipua cu/
ra, & panis facilis sit digestionis. Hippocrati certe uide/
tur panes magnos uix satis excoqui, ac ea ratione copi/
osis alere. Existimauit Auicenna maiorem esse noxam
Panis male digesti, q̄ carnis: causam non exprimit, ego
arbitror id eo esse, quod panis omnium rerum nutrien/
tium fere diutissimam faciat moram in uentre, ac pluri/
mum eius corpus ad se attrahat, quod si diutius iusto
moratur, insigniter corruptitur. Esum panis parum
affl super prunas adiuncto uino, probant tanquam eo
dentes mundentur, uisus acuatur, & digestio bona fiat.
Illud tandem adjiciam, panis portionem maiorem ex
comparatione semper sumendam ad pisces, herbas, fru/
ctus humidiores, quam ad carnes & oua: rursus ad car/
nes maiorem, quam ad oua, & ad mollia oua copiosio/
rem, quam ad dura. Sed tempus nos nunc admonet, ut
de carnibus agamus.

Cap. XXXVI. De carnibus.

V Isum fuit Plutarcho salubre corporibus nostris,
ut solidiores cibos cautim attingamus, cuius ge/
neris sunt carnes inquit, caseus, oua, affa, ficus
sicce. Et si utiq̄ carniū esu delectamur, præfert uolati/
lit animaliū carnem & pisces nō pingues: postremo pu/
tat optimum esse corpus assuefacere, ut nullum carnis/
um esum desideret, grauitatem corpori facere, & noxi/
as remanere reliquias causatus. Cuius sententiae si debe/
am astipulari, Celso monitore faciā, quod statim à pane

Cel. in 2.

ca. 2 7. &

ca. 19.,

Aet. in 2.

ca. 144

Lib. 2. de

ra. uict.

1. Fen. 3

Ex Ga. illa

de fa. nat.

Lib. 2.

ca. 176

DE RATIONE VICTVS SALVB.

plus nutrimenti sit in carne, quam ullo alio cibo, grauatur igitur digestio si frequenter ac copiose uescamur car-

Gale. II. 1 & 3. de facul. ali. nibus. Sed omnium maxime homines in exercitati lœdere-

Lib. 18 ca. 4 tur, præsertim si carnibus suillis utentur, in πλαστική εἰν incident. Paulo magis Plinius tum salubritati consulit,

tum studijs gratificatur nostris, mea opinione. Nam abstinentiam carnis imperat ille, non perpetuam quidem,

sed quæ quibusdam temporum interuallis adhibeat, ut intelligamus Plinio facile cōstitisse & à carnis frequē-

ti quotidiano usū offerri naturæ laborem digerendī, & recreari stomachum uarietate & carnis alimētū no-

stris esse corporibus utile. Inter omnia carnium genera suilla video nutrimenti copia bonitateq; anteferrī: quia

Et Aetius li. 2. c. 19 tamen pituitosam substantiam habet, assa melior credi-

tur, & fortasse uinum desiderat eadem quoque ratione. Quod autem potius caro suilla recens sit assa uel tosta

Prob. 5. comedenda, me admonet Aristotel. docens humidiora quæque non esse humectanda, nec sicciora plus exiccan-

da, modo elixa omnia humidiora mollioraq; redduntur. Si tamē elixari suilla debeat, pipere, cœpis, & salvia

condiatur, profuerint & uixæ passæ. Inter sues porcelli plus habent excrementosæ substatiæ iuniores. Optima

sus ætatis habitu respectu, quæ annicula est: siccior, quæ

pastum suum exercitando sese querit, & errādo. Curan-

dum perpetuo, maximeq; per æstatem, ut iuxta riuos sit

aut lacunas, in his em̄ uoluntari gaudet, alioquin pulmo

ca. 10 De mor. qui intus obseruauit Hippocra. sues & boues aqua quodammodo

intercutent laborare, si uomicæ iplis ac tubercula etiæ nascantur in pulmone: ceterum non tanta hydro-

pe, quāta solent homines laborare, quod bestiæ plerumque vietu innocētiore utantur, quam homines. Interdi-

quæ carnes mediæ materiæ conceduntur, hoc est, neque nouellæ uel facile permeantes, nec uetusæ uel difficile-

Ia 3. ca.
23

concoctu, eō quod & uiribus sit opus, & cauendæ quoque cruditates sint. Durior in hoc genere Razes omnem carnem subtrahit epileptico. Ego autem ambobus ijs sic interuenio, ut uelim non suillam modo genere, sed omnem carnem tenellam ac ueterem omittendam epilepticis. Tenellam, quod redundet excremento pituitoso, (oritur autem epilepsia siue morbus comitalis à refusa pituita.) Veterem autem, quod molesta sit concoctioni, & melancholicos apta parere succos. Quanquam genera animalium, quorum abstineat cibo epilepticus, uelimus taxare, à caprarum etiam esu merito abstineat quod hæ quoque morbo comitali solent corripi, teste Hippocrate, à quo signum etiamnum euident additur. Quod si quis, inquit, caput aperiat, siccetq; cerebrum, tam præ humore nimio sudans oolidumq; deprehēdet. Sed & in tota ualetudinis cura obseruatione, uitandæ sunt caprarum carnes: quod fere nunquam careat febribus. Vnde fit, ut uendor caprarum non eas prorsus sanas, nisi præsentī die uenditionis promittat ex L. Manilio. Formam stipulādi reliquit Manilius prætor. Illas capras hodie recte esse, & bibere posse, habereq; recte lice re, hæc spondes ne? In summa Varronis uerbum est, capras sanas neminem sanum promittere. Alibi de caprarum carne distinctius loquitur Hippo. caprinæ carnes, inquit, magis conducere uiderentur, nisi omnia bubulæ uitia haberent. Nam & coetu difficiles sunt & flatu magis suscitant, & ructu bilem q; pariunt. Igitur ut odoratissimæ & integræ, & suauissimæ saluberrimæ sunt, ita iniucundæ, odore graues, & duræ pessimæ sunt. Nec secus de nouellis capris dicendum est. Præterea ut per æstatem modo meliores habeantur, per autumnum tamen ut pessimæ damnantur. Hactenus de capris. Ques autem quāvis Columella in numero habeat salubrium, Lib. 7. ac tutissimæ uelit esse ualetudinis minimeq; pestilentia ca. 2 laborare, idque ex sententia Celsi, quā prudentissimam

In lib. de
mor. co/
mitiali

Var. li. 2.
rei rusti.

4. li. de ui/
ratio, in
mor. acu.

DE RATIONE VICTVS SAL.

In lib. de
mor. co.
hac parte uelit haberi: tamen nec ipsæ sunt immunes à
morbo comitali, quamuis nec tam crebro, nec tam fa-
cile, quām capras eo morbo corripi doceat Hippocrat.
Fiunt quoque pulmonariæ, ut Columellæ utar uerbo,
nisi s̄epius lauentur, æstate præsertim plurimum siccæ
existente. Forsan eō respexit Vergilius quoq; quando
In primo inter reliqua opera, quę festis exerceri diebus permittit,
Georg. lotionem quoq; & mundationem ouium concedit his
uerbis:

Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & iura finunt, riuos deducere nulla
Relligio uetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere uepres,
Balantumq; gregem fluvio mersare salubrī.

Salubritatis enim ille & rei rusticæ commodorum ibi
uoluit curam habendam: minus illic superstiosus eth-
nicus poeta, ut in re saltem utili, quam olim gens Iudæa
in necessarijs casibus. Sed quāuis ouium caro robustis-
sit apta corporibus, quemadmodum & suilla, senibus
tamen harum carnium frequentem usum inhibet Gale-
nus, quod ouilla caro excrementis maloq; abundet suc-
co, præsertim agnina, quod quę natura iuniorum omnī
um animalium est, humida sit agnina caro, glutinosa &
pituitosa. Habet insuper hoc natura iuniorum animali-
um & omnis alimoniarum humidioris, ut quo celerius in
corpus digeritur, eō etiam facilius citiusque dissipetur.
Quam ego etiam rationem intelligo, quare siccum ui-
ctum humidiori præferat Auicenna, & hunc secutus
Marsilius Ficinus. Inter quadrupedia animalia hoediv-
nam carnem seni commodiorem ostendit Galenus, cui
tamen omnem cibum ualentioris nutrimenti interdicit.
Bubula autem caro alimentum præbet copiosum nec
facile concoctu, maxime autem difficilis est concoctio/
nistaurina & boum quorumcunque arantium seu bñj-
gor. Quod si quispiā melancholicæ naturæ modū in

Lib. 5. de
fani.tuen.

Li. de ui.
producē.

Lib. 5. de
fa.tuenda

GVLIEL. INS V. MENAP. XXXVIII

esu carnis bubulae non seruet, facile corripetur morbis
 melancholicis, cuiusmodi sunt, cancer, psora, id est sca-
 bies cum squamis erumpens lancingansque totam cu-
 tem, lepra, febris quartana, & morbus, quem speciali
 nomine melancholian dicunt. Itaque studiosi homi-
 nes, & quotquot se dant in solitudinem, quiue curis
 & negotijs uarijs distrahuntur, bubula non frequenter,
 nec copiose uescentur, tametsi natura non sint melan-
 cholici. Concedo tamen melancholicis uitulinam &
 nondum adulorum boum carnem. Nam eae nondum
 siccitatem temperie summam sunt consecutae. Hircina
 autem & arietina tum succi natura, tum concoctionis
 ui habentur inter illaudatas carnes. Leporina quidem
 sanguinem gignit crassorem ad probitatem tamen suc-
 ci præstantior est, quam bubula aut ouilla. Nec minus
 uitiosum succum ceruina reddit, dura & concoctu diffi-
 cilis. Quod in uniuersum dicere sufficiat, castratorum
 animalium sunt carnes præferendæ, uetustorum sem-
 per reprobandæ, inutiliores uidelicet & concoctione,
 & succi generatione, & nutritione quoq;. Sed et salitam
 recenti præfert Galenus libro quinto de sanitate tuen-
 da, non tamen intellexit eam, quam nos fumo saleque
 condimus ultra annum sæpe afferuantes, sed quæ si hu-
 midior sit caro, in triduum quatriduumque duratura sal-
 tem sale modico contacta fuerit. Præterea Hippocrates
 libro secundo de ratione uictus, docet animalia crudis
 cibis saginata, & pastum suum laborando quærentia,
 per solem & frigora, sicciora esse domesticis, & in otio
 degentibus. Multo sanguine abundantia sicciora esse re-
 liquis, masculum quam foemellum, nigrum quam al-
 bum, pilosum quam glabrum. Suntque etiam ualentia
 oris nutrimenti animalia domestica, quam fera, quam
 uis aprum gignere plurimum sanguinem Galenus ue-
 lit, & eatenus etiæ ab Auicenna domestico anteferatur.
Lib. 3. de locis affe-

DE RATIONE VICTVS SAL.

Denique natum humido cœlo, quām siccō plus nutrit.
Eadem omnia pinguia, quām macra, recentia, quām sal
sa, noua quām uetus plus alimenti habere docet Cel
sus. Qua causa Galenum quoq; motum opinor, quod

Lib. 2. ca. 17 magis uult carnem modice salitam conducere senum
corporibus, tanquam non ualentibus copiose nutrien
tia digerere. Ac fortassis etiam ad eliciendam appeten
tiam, & confortandū ostium stomachi, quāe natura esse
solet modice salitorum ciborum. Modo senum nec ap
petentia nec uis digerendi perinde ualent quām eisdem

iuuenibus solebant. Potro à pecorę coloribus si robur
conīcere uelimus, nigrum pecus robustius albo scribit
Aëtius, ostendens id ex carnis gustu nos percipere: con
tra, candidum animal, imbecillius. Vult etiam lac exu
stū à nigro pecore melius esse. Præterea pecorę morbos

deprehendit à cutis gracilitate, glabrie, scabie, & nutri
tionis difficultate, ἀτροφίᾳ dicūt, ut maciem intelligas
sed quāe secuta sit ab habitu corpulentiore. Idem quoq;
Plinius conīcit à piscium macie. Celsus omnem carnē

Lib. 9. ca. 49. pinguem in numero habet ἐνγυῶ, contra uero perma
cram domesticam tanquam mali succi damnat, interest

Li. 2. ca. 19. & 20 etiam in quibus locis, ac quibus herbis pascatur anima
lia, quāe enim in editioribus locis & herbis laudatis pa
scuntur, carne sunt minus excremētosa, quām quāe con
tra in humilioribus & aquosis locis. Domestica insuper

Li. 3. de facul. ali. animalia temperie sunt humidiora, quām sylvestria te
ste Galeno, quamobrem horum est caro durior, quām
illorum, ac pauca pinguedine respersa, eoq; pluribus di
ebus seruatur integra. Liquet etiā horum cibum ab ex
crementis puriorem esse, ex quo necesse est, ipsum quo
que amplius nutrimentum exhibere, & succi bonitate
esse superiorem domesticis ex eodē genere ortis, quoq;
maiores sunt feræ, eo maiores esse nutrimenti Celsus ob
seruauit.

Cap. XXVII. De partibus animalium.

QVia de carnibus terrestrium animalium diximus,
 Ordo postulare uidetur, ut de partibus singulis
 animalium dicamus. Quod etsi ab alijs tradita
 repetimus, nemo nobis hoc uitio uertet, quod s̄æpe à
 summis clarissimisq; uiris factum scimus. Extremæ par/
 tes animalium, utpote rostra, pedes, auriculæ minimū lib. 2, ca/
 habent carneæ substâtie, & à motione crebra uiscosam Ex Aeti
120
 acquirunt naturam, igitur parcus nutrimentum corpo/
 ri præbent, & ob lentorem citius per aluum descendunt.
 Testes animalium & renes uirosi sunt, concoctu difficil/
 ies & uitiosi succi; at si bene concoquantur plurimum af/
 ferunt alimenti. Soli gallorum testes optimi sunt ac sua/
 viissimi, utile præbentes alimentum corpori, ac maxime
 altium. Pituitosus cibus cerebrum est, crassi succi, tar/
 di transitus, ac concoctu difficilis, stomacho etiam infes/
 tus. Medulla paris ferme naturæ cum cerebro est, si ta/
 men concoquatur, alimentum corpori non infimæ no/
 tæ præstabit. Omnium animalium iecur itidem est crassi
 succi, tardi meatus, ac duræ cōcoctionis. Lien prauis suc/
 ci ac melancholici sanguinis propagator esse creditur:
 utrisq; eò facilior concoctu, quo laxior pulmo est, alit ta/
 men multo minus iecinore, pituitosæ insuper naturæ.
 Cor item concoctu difficile, tardique transitus est, si ta/
 men concoquatur haud exiguum, nec prauum alimen/
 tum corpori præbet. Ventriculus, intestina, & uterus,
 carnibus singula istorum sunt duriora, ideo si probe co/
 quantur, non tamen exquisitum inculpatumue sangu/
 nem gignunt, sed frigidorem & crudorem. Sanguis o/
 mnis concoctioni repugnat, præcipue crassus & melan/
 cholicus, qualis est boum, & est excremento redundans
 quocunq; tandem paretur modo, sic enim Galeno ui/
 sum. Quo magis miror, quid in mentem uenerit Marsi/
 lio Ficino uiro aliquin doctissimo ostendenti aliud iu/
 dicium fuisse Galeni, sic enim scribit: Medicis tamen ue/
 teres maxime Galenus, suis carnes & sanguinē propter

K iii

Lib. 3. de/
facul. ali.In li de p
ducē. uita

DE RATIONE VICTVS SAL

quandam cum corpore nostro similitudinē ualde com-
mendant. De carne suilla, nulli dubium, sanguinem nul-
quam à Galeno video laudatū. Et paulo post infert con-
tra sententiam Galeni: Et sanguis forsan utilis, si cum sac-
charo coquatur, defecatusq; ad summum fuerit atque li-
queus; non tamen nego sanguinem suillū meliore habe-
ri sanguine reliquorum animalium, in quo censu dein
ceps leporina & caprina proximum tenent locum à san-
guine suillo.

Cap. XXVIII. De alimento ab aubus sumpto.

VOlucrum genus omne ad quadrupedia compa-
ratū animalia paucioris est nutrimenti: sed in hoc
quocq; distinctio est, ualentioris sunt nutrimenti,
quæ pedibus ingrediuntur, quām quæ uiolatu fidunt,
grandiores item, quām minutæ. Aegineta in Pauone
animaduertit duriciam & difficultatem cōcoctionis, &
nutrimentum ipsius febres creare aptum. Certe siccio-
res natura esse omnes aues, ex eo colligit Hippoc. quod

Lib. 2. de rati. uict; ueſicam non habent, nec meunt, nec ſaliuam concipi-
unt, eō quod uentriculi caliditate humor om̄is abſuma-
tur. Annotauit quoque ſicciores cæteris eſſe, quæ frugi-
bus, ſeminibus pascuntur, & anatum omniumq; ani-
malium quæ in aquis paludibusue degūt, humidorem
eſſe. Laudantur autē aues monticolæ magis, quām quæ
in turribus degunt, quod hæ difficilioris ſint concoctio-
nis. Gallinaceorum caro laudabilioris nutrimenti: Pul-
laſtræ, ſic à Varrone nominatæ, iuniores foemellæ, pau-
lo copiosioris. Simplex autem ius gallinæ retinēdi uim
poſſider, ſicuti gallinaceorum subducendi aluum. Vult

Li. 11. de cum multo ſale coquēdos Gale. Putauit Auicenna nul-
ſimpli. me lum cibum tam facile in sanguinem conuerſi, quām ius
dica fac. gallinaceorum. Quę tamen uis maior erit, ſi percoctum
gallum, quoque tertia pars aquæ in uapores abiſt, in
mortario cum iure tertidas, & relictum ius forbeas, de-
bilioribus autem ſolent percolare per ſindonem aut ſe-

faceum pannum. Ego haud ita multum addo aromatum,
Præterquam aliquid croci, zinziberis, & cynamomi. Re-
pertis sunt olim medici, qui ægrotis, ac sumere pharma-
ca neque utibus porrexerint ius gallinacei octo dies pa-
sti helleboro albo, & simul cum frumento elixati, quo
largius solueretur alius.

Cap. XXIX. De ouis.

Dixeramus de carne animalium; consequentia igi-
mus, quæ ab animalibus proueniunt, ac primum
de ouis agemus. Ouum quamlibet per se est salubre, co-
ctionis tam diuersitate plurimum oua distinguuntur,
sic, ut insalubre aliquid fieri possit. Nam quæ in sartagi-
ne friguntur, deterrimi omnino sunt alimenti, si Gale-
no credimus & Aëtio; nido rem nang & fumum edunt Lib. 3. de
dum coquuntur, præsertim in ueteri & in ferrea sar-
tagine, succusque ex eis natus, non solum crassus, ue-
rum etiam prauus & excrementitius est. Aëtius etiam
putrescere ipsa inter coquendum docet. Dura oua diffi-
cili sunt concoctionis, & tardí transitus, crassam etiam
corpori exhibentes alimoniam, maxime si in feruenti-
bus cineribus assentur. Quin Marsilio Ficino autore di-
cici uenenosam acquirere qualitatem oua eosq; affa-
donec tetur odorem reddat. Quæ autem medio mo-
do se habent inter duritiem & mollitatem, bellissime nu-
trient. Sed quæ tam mollia sunt, ut subito sorberi ua-
leant, eadem ut facile concoquuntur, ita cito euad-
unt. Præstant ijs omnibus oua ex testis in aquam
ferme feruidam reiecta & mediocriter cocta, quibus
statim de foco demptis inspergere soleo parum ace-
ti mixtum butyro, admisceo etiam momentum cro-
ci. Illud tamen præterire te nolumus, quod Gale-
nus hortatur senes, ut à multo ouorum esu abstine-
ant, eo quod crassum & lentum succum creant. Est præ-
terea magnum discrimen inter oua recentia & uetusta,

Lib. 2.
ca. 132In li. de ui-
tacelitus
cōparan.

DE RATIONE VICTVS SAL.

Li. 8. rei
rustic.

hæc pessima, ut recentissima optima. Ut autem oua diu serueni à corruptela, Columella dat consiliū, ut æstate obruantur furfuribus, hyeme paleis; Sale magis probaret adoperiri, nisi hoc modo plus consumerentur. In figura quoq; ouorum est aliquid discrimen bonitatis obseruatum ab Horatio, cuius etiam Plinius in sua histo-
ria naturali meminit, ut gratioris saporis habeatur lon-
ga & candida:

Lib. 10.
ca. 53

Li. 2. ser-
mo. Sa. 4

Longa quibus facies ouis erit illa memento
Vt succi melioris & ut magis alba rotundis
Ponere.

Candida dixit meliora, cuius inde sumere nobis licebit indicium, quod anser & anatum oua pallida sint, plus habentia aqueæ nature, atq; iccirco minus idonea cibo. In ipsis ouorum partibus reperitur etiam discriminē: al- bumen uitello est difficilioris digestionis, & pītuitose quodammodo substantiæ, quare sunt, qui albumen ne- gent dandam debilioribus.

Cap. XXX. De lacte.

VIrens herba, ac prope aquas nascēs, autore Aëtio liquidius pauciusq; lac suggerit. Solidior uero ac montana cōmodissima est ad lactis parandam co- piām bonitatemq;. Qui igitur lac sumere uolet, apertos uiscerum meatus uenasq; latas & amplas habebit, ut integrā utilitatē percipiat. Lactis utilitates à prīscis me- dicis recensentur, moderata deiectio alui, boni succi- geratio. Quumq; per uenas digestum sit, bonam carnē longe reddit meliorem, mordaces humores expurgat, quoscunq; inuenerit. Qua de causa laborantibus urinæ difficultate, & acri uentris fluxu confert. Ad acres uero & erodentes defluxiones utilissimū est: haud solū quod eas à membris affectis abluit, abstergente humiditate, quam in parte serosa continet, sed quod crassitie pingue dñeq; sua non sinat nudis membris acres humores in- fluentes occurrere. Præcipitur etiam, ut qui lac biberit,

abstineat à reliquis cibis, donec illud exacte concoctum sit, & alio secesserit. Nam si eo nondum confecto nō uum alimentum ingesseri, præterquā quod ipsummet putrescat, etiam quicquid adieceris simul corrūpet. Ma- ne ergo bibendum nuperrime multū, atq; interim ma- gno labore parendum, sensimq; deambulandum inter- iectis quietibus, quæ tamen citra somnum sint. His cīn conditionibus potum facile secedit educēs secum quæ superuacua fuerint. Addito sale magis aluum citat, sed iniucundius fit. Tuttissimū tamē quod multo sero abun- dauerit. Cui uero modicum serosæ humiditatis inest, & casei plurimum, frequens eius usus non omnibus tu- cus est. Renibus enim officit ad calculum generandum paratis, obstrukionesque & morbos hepatis illis affert quos aptos inuenierit. Sed neq; capiti ualde commodū est, nisi id ualde robustum fuerit, dentes etiam usus assi- duus laedit. Certe Hippocrates prohibet lac dari caput Aphorisi. dolentibus & siticulosis, permittit tamen heftica omni- 64 lib. 5. que leuiore correptis febri. Galenus in comment. super eundem Apho. scripto illud addit quoq; quod caput af- ficit etiā sanorum, & quod celerrime à causis calidis mu- tetur in fumosam naturam. Lac etiam postquam desinat in coagulum, si multum acruatimq; hauriatur suffoca- tionem gutturi queat inferre, si fidem habemus Aëtio. Lib. 13. ca. 75

Vt iam probabilior fiat sermo Plini, quo commemo- rat, præfocatum uidelicet quandam fuisse pilo cum la- Lib. 7. te hausto. Quod si autor coagulato lacte dixisset homi ca. 7 nem interiisse, rem per se habitā absurdæ fidei multo reddidisset uerisimiliorem. Porro circa lactis animaliū notiones & discrimina te attentū esse oportet. Diximus paulo ante, magnam esse differentiam lactis, sumptam uidelicet à natura locorum & herbarum, quibus uescant animalia. Ipsorum etiam animalium lactis differentia, Melius et quam à natura & ualeitudine consideres animalis. Melius nigri pe- iunioris quam ueteris, capraz & ouium lac magis excre coris q; al

DE RATIONE VICTVS SAL.

bi, supra mentosum, quām boum, īdicio sumpto à mole corpo
est ostēris. Nam comparatione facta bouis & caprē ouisq; pro
sum ca. 6 portione corporis sui, plus multo reddūt lactis capra &
ouis, quām bos, id sit eo, quod maior copia boum nutri
menti in corpus absumitur: ouibus aut & capris quan
tum accesserit excremēti in lac trāsit. Lac asinī tenuis

Lib. 5. de tate sua maiore uim abstergēdi habet. Laudat Galenus
sa. tuēda morē uariandi esum lactis, ut modo caprino, modo uer
seamur asinino: hoc tutius erit, illud nutrit magis, ubi
1. de fa nutritione erit opus. Laudat præterea genus edulij, quo
cul.alimē lac & milium simul coquimus, farinam, inquit, milij la
cti incōctam esitāt, ueluti triticeam rustici. Clarumq; est
id genus edulij tanto, q; illa per se sola assumpta, melius
esse, quanto lac coniunctum cum milio ad boni succi
procreationē eminentius habetur. Dico autē alia om̄ia,
concoctionem, uētris subductionem, ī totū corpus
digestionem, adeoq; ipsam in edendo suauitatem ac uo
luptatem, Venit hic mihi ī animū mirari, quidnā sū
bi Celsus uoluerit, quod milii firmioris esse nutrimentū
ca. 17 dixerit, q; hordeum: quum Dioscorides & Galenus mī
nimā uim nutriendi tribuāt pani facto ex milio. Quod
Lib. 2.7. autem condimentum salubre fiat ex milio & lacte, hinc
de facul. est, quod lactis est uis humectandi copioseq; alendi, mī
lio contra, lac pingue & glutinosum, illud præaridum
Causam & instar arenæ cinerisq; friabile: lac obstruendi uim ha
autor ex/ plicat bet quandam lenta pinguique substantia sua, quām mo
deratur tenuitate sua milium. Coctum enim lac, sicuti
alias diximus, cum quopiam edulio crassi succi usq; ad
feruorem iecur obstruit, & calculos in renibus prōptius
gignit. Nihil præterea consensu medicorum ad concipi
endum retinendumq; calorem internum aptius milio,
quamuis sit primi ordinis refrigerantium. Probatissimū
esse lac Plinius docet, quod in ungue hæret, nec defluit,
& utilissimum esse maternum, nutricis exitiosum. Illud
nequaquam omiserim, contrariam esse lactis & mellis

naturam. Noxas igitur lactis melle discuti, si uera narrat
 Plinius. Quod etiam aduertisse puto rusticū illum Ion/
 gaeum, quem Galenus subinde lacti caprino mel mi/
 scuisse scribit. Lactis porro amygdalini diuersa est natu/
 ra gratiaq; ab eo, quod emulgemus ab animalibus: salu/
 berrimus tamen ipsius usus à medicis omnibus iudica/
 tur.

Lib. 22

ca. 24.

Lib. 5 de
la tuena

Cap. XXIX. De caseo.

Caseum quemcunq; non admodū à Galeno com/
 mendatum uideo. Recentem autem & mollem Li. 2. ref
 Varro magis scribit aibilem, non residem in cor/
 pore, & quod bubuli casei difficilius transeunt ouillis
 & caprinis. Dioscorides hoc facile Varroni concessurus Lib. 2.
 sale caseo recenti adimit, si nutriendo esse debeat: hunc
 aptum stomacho significans & *varro*, hoc est, quod
 Varro dicit minime residem, sed facilis distributionis
 per corpus ipsum. Celsus etiam docet mollem esse bo/
 ni succi, sicuti ueterem mali succi. Galenus nihil discors 19. et 20.
 illud addit: ueterem caseum si forte fortuna in corpore Lib. 3. de
 fuerit excalefactus, facile melancholicum parere humo/
 rem. Acquirunt autem casei omnes uetus ac butyrum
 sal sedinem & acrimoniam, quo respexit Vergilius quan/
 do cecinit:

3. Geor.

Et salis occultum referunt in lacte saporem.
 Occultum exponit Seruius id est, uix intelligibile. Cau/
 sam explicat Plinius, inesse uidelicet natura pabulis sa/
 lem aliquem, etiam ubi non detur: ita intelligitur maxi Li. 11.
 me, omni in caseo salem senescere. Nam tum maxime
 eius sapor percipitur, qui quum adhuc recens est & lacti
 proximus, non ita. Porro quod dicimus herbis sponte
 prouenientibus acrimoniam quandam salis uel salis as/
 similimam inesse, nihil mirum, quum in certis horten/
 fibus herbis nitrosa quædam & salsa qualitas intelliga/
 tur. Vnde comparatū petroselinon uel chærophyllum
 ad molliores herbas, nempe bliti & betam intelligetur.

ca. 42.

DE RATIONE VICTVS SAL.

aliquid habere acris facultatis, quæ salis uim quadantes
nus referat: ut quoties hæc addideris illis, minus tibi sic
saliendum olus, quam si per se sola beta uel blitum co-
quatur. Sed de caseo loquamur, cuius frequētem usum
senibus Galenus negat. Plutarchus nullius ætatis natu-

Lib. 5. de
fani.tuen

ræue ratione habita caute parcusc[u]l[u]t attingendum.
Hippocrates non semper uult esse malū, repertos quoſ
dum testatus, qui caseo liberalius uſi, nihil tamē ipſo la-
ſi fuerint. Quin macilentoſ impleri hoc cibo contendit,
neceſſe tamē eſt, id mollī recentiꝝ fieri caseo. Nam ue-
teri in eſt attenuandi uis & incidendi, quum tamē à ſuc-
ci prauitate & aſtuantि feruore plus noſumenti percipi-
atur à ueteri, quam attenuandi uis corrigeſ ualeat, ut

Lib. 3. de

facu..ali.

& lib. 2.

car. 99

Galen[u] uidetur, & huius statim æmulo Aetio. Si tamē
plurimū panis adiungemus caseo, minuetur noxa, quæ
percipi poſſet. Commaendatur caseus boni ſuavisq[ue] odo-
ris, & cui nō admodum multum fuerit ademptum bu-
tyri, alioquin diſſipabitur denuo in coagulū, minimūq[ue]
præſtabit nutrimenti. Illud necessarium cognitu, quod

In lib. de

uic. ratio.

in morb.

acutis

Hippocrateſ docet, non aliud eſſe nocētiorem cibum
poſt crapulam, quam caseum. Causam ſuſpicor, quod
quicquid inuenit ſuperfluī calore acumineſq[ue] ſuo exagi-
tat & inſequitur, turbationem faciens in corpore, unde
fumi uaporesq[ue] exciſtentur. Siccitas nanc calor[is] accedēſ
acumen iſpi & agilitatem addit, affirmante Aristotele.

In 4. lib.

Meteor.

Qualem in ſubſtātia casei ueteris deprehendi ſatis ſupra-
eſt manifestatum. De butyro non multa mētio ſit à ſcri-
ptoribus, niſi quatenus ad medendi uſum attinet, iſpis

Li. 10. de

facu. ſim.

medica,

etiaſ discordibus ſcriptoribus. Miratur Galenus ex ouili-

lo & caprino lacte fieri butyrum poſſe, quemadmodū

prior ſcriperat Diſcorides, quum tamē ſententia Di-

ſcoridis ſubſcribat Plinius utroq[ue] posterior.

Vim illi

ca. 9

elle contra uen̄., conuenit inter omnes. Addit Plini-

Lib. 11

ca. ult.

us exiguo gulfu butyri famam ſedari conſeruarique

uires.

Cap. XXXII. De piscibus.

MAgnam certitudinem piscium notitiae affert locus ubi uersantur. Piscium nang in coenosis sor didisq; aquis uersantium caro est excrementitia mucosaq;. Optima est eorum, qui in puro natant mari, maxime quod uentorum aestu agitatum frequenter attollitur. Carnum enim substantiae habent hi aliquid assimile: In digerendo nonnihil acqrunt difficultatis, nec em pauci sunt nutrimenti: quare recte à Celso numerantur inter mediocriter nutrientia. Sunt tamen in dulcibus aquis natates debilioribus naturis magis accommodi. Nam eorum satisfacimus stomacho, quantum quidem licet. In tanta igitur uarietate piscium, ut generatim comprehendamus quinam eligendi sint, qui non. Scire debes, eligendos esse pisces calore albos, carne suaui, substan tia uero non uiscosos, sed friabiles: nec pinguedine multa respersos, sed, ut in suo genere, carnosos, non citae obnoxios corruptioni, sed durabiles, nec grauis & uirosi, sed suaui odoris. Magnam inuenie affinitatem naturae Galenus inter sensum odoratus & gustus, ut quicquid male odoratum est, continuo abiectiamus & fugiamus, tanquam naturae inimicum. Si etatem consideramus, nec iuniores, nec annos multorum pisces optabimus. Locum si aduerterimus, nequaquam aquae erunt, ubi plures fordes confluent, nec quae malarum herbarum radicum habeant copiam. Laudari video etiam pisces celerim cursus, cuiusmodi sunt lupus & perca, quiue in asperis arenosisq; locis uersantur. Laudantur & squamosi spinosiq; pisces, agnatæ enim squamae & spinæ puritatem significant substantiae, praesertim multæ & dense squamae. Laudatur item piscis maris, quod crebro Aquilone uento agitatur, quodq; multos fluuios recipit. Quare mare Ponticum & Balthæum meliores alunt pisces, & obuenti se permiscetis aquis bonitatem, & ob exercitium piscium, quod iactatione multa fit. Medio mo

Lib. 2
ca. 27

Cōprehē
dit p sum
mā varie
tractatā
materiā
de piscib.
a Galeno
& alijs

Lib. 1. de
facu, sim.
medica

DE RATIONE VICTVS SAL.

do se habent pisces in ostijs maris degentes. Præterea quanto fluuius ab ortu suo maior est & purior & declivior ad lapsum, nusquam aut quām minimum degenerans in stagni speciem, tanto pisces salubrior habetur. Quo argumēto simul & usu docet Galenus Narem fluvium meliores alere pisces, quām Tyberim, quamuis finitimi sint, & hic illum secum rapiat. Sed est adhibenda cura in usu piscium, ut ne stōmachum ipsi inueniat mālis grauatum humoribus. Nam & plus excrementorum reddunt, quām animalium quorumque carnes, faciliusque fere corrumpuntur. Et est hæc quidem ipsorum natura, ut diutius stōmacho immorentur. Quamuis pisces marini & duriores oēs diutius reliquis seruent integrū molles tamen & friabiles pisces reliq̄s anteferuntur, tanquam omnium optimos pariant succos, & melius cōficiantur, cuiusmodi sunt saxatiles omnes. Causam cur pisces saxatiles facile concoquuntur, habemus apud Ariſtotelem in problemate descriptam: Quoniam cuncta quæ saxis attinet aqua semper micat moueturque uel mari pacato existente: propterea quod durum & molle eius sunt naturæ qualitates, ut aliena motiōe ac reciprocatione interueniente minime possint quiescere. Vnde pisces ab aqua moti redundantiam habent nullam. Eadem ratione uolucres quæ in perpetuo sunt motu facile concoquuntur, sicuti cōtra, quæ tardæ, ut grues, pauines, anseres, anates, & prorsus aqua gaudentes omnes aues. Eodem modo partes animalium in perpetuo motu agitatione que existentes, sunt illæ quidem concoctionis facilioris, ut alæ, pedes, rostra, & uētris pars, præser tim suum. Sunt præterea quidam molles, sed minime friabiles pisces inserto glutinoso quopiam ac pingui suc co. Alij nihil glutinosum ac pingue habentes, in hoc quidem cum saxatilibus piscibus conueniunt, sed quod ad carnis duritiem pertinet, differunt. Percam, gobium sive gobionem, & murænam laudat Galenus. Gobium

In 3. de
casu, ali.

tamen non magno in pretio fuisse putant aliqui, ex eo
quod Iuuinalis dixerit:

Nec uelis nullum, quum sit tibi gobio tantum
In loculis.

Sed molē corporis intellectus Iuuinalis. Ver⁹ Martial. ali⁹
ter uetus est de gobione scripsisse in distichis, nisi quis se⁹
cū intelligere uelit, quām uulgas interpretū exponit;

In Venetis sint lauta licet coniuia terris,

Principium coenæ gobius esse solet.

Murænis sua tempora olim precium fecerunt, quamuis
hodie apud nos quoq; oxhalme conditā asseruenturq;
in multum tempus. Scribit Macrobius cognomentum
olim factū. L. Muræna Ci. Ro, qđ appetens plus æquō
fuisse huius pisces gustandi, longiusq; cōquirendi, dura-
uitq; nomen illud in familia Murænar̃: uer⁹ creditur ni-
hilominus aliquid habere uenenoſe qualitatis. Et Aēti⁹
us eadem remedia monstrat morsis à muræna, quæ & à
uipera morsis, cōfirmat rem testimonio sumpto à com-
mercio serpentium: elapsas enim murenas coitu serpen-
tium impleri putari uulgo Plinius scripsit. Deniq; quasi Lib. 13
internecint̃ ei sit odium cū pīscibus squamosis, tanq; ex ca. 3 8
alio genere ortis, ita interdum in speciem caninæ rabię
uexatæ sœuissimè persequuntur pisces squamosos pluri-
mosq; mandēdo consumūt, si uerus est Columel. testis. Lib. 9.
Quod de coitu murænar̃ cū serpētibus tradūt, idē de an-
guilla confirmat Auicenna. Mullo quantū fuerit olim
preciū, multoq; est literis traditū. Singulas libras totidē
festertijs emi solitas, suo carmine Iuuinalis indicauit:

Mullum sex milibus emit

Aequantem sane paribus festertia librīs.

Saty. 6

Olim in ipsis animaduersam mullis magnitudinem fui-
se, non carnis sed hepatis capitisp; gratia, Galenus quo/
que prodiit. Nam ut ceterorū pīscium, sic mulli quo/
que magnitudo excedens damnata in usus sanitatis. Præ-
terea coherceri cācellis mullos nec Galeno placet, quod

DE RATIONE VICTVS SAL.

Saporis pristinam gratiam amittant, sicuti pisces quicunque in mari uel maioribus fluminibus libere uagari absueti, & uiuarijs inclusi feræ, ac uolucres, præsertim sublimiore gaudentes uolatu. Sed quamuis suauitatem saporis deponant in piscinis nulli, & improbi succi diffilisq; concoctionis hoc pacto euadant; in hilo tamē minore in cura pretioq; fuerunt olim primoribus illis ē senatu Romano. Irridet autem tantum luxum & insolentiam M. Antonij eius qui Triumvir fuerat, ac aliorum Li. 2. epi.
ad Attic. quorundam suorum aduersariorum M. Cicero quum alias, tum in quadam epistola ad P. Atticum sic scribēs: Nunc uero quum equitatus ille, quem ego in Clivo Capitolino te signifero ac principe collocaram senatū defseruerit, nostri autem principes digito se cœlum putent attingere, si nulli barbatū in piscinis sint, qui ad manum accedant, alijs autem negligant &c. Tractat de hoc etiam obiter aliquid Macrob. in Saturnal. alias tamen à nobis quoq; obseruatū, ne nos tāquam coruos cadaueribus ab aquila relictis pasci putes. Lupus olim in magno fuit pretio, sed omnium maxime qui laneus dictus est à canore carnis, quales in Timavo fluvio Liburniæ. Vnde est apud Martialem in Xenjs:

Laneus Euganei lupus excipit ora Timavi
Aequoreo dulces cum sale pastus aquas.

Sed fuisse pretium lupo inter duos pōtes Romæ capto non sine admiratione lego, quum nulli pisces fluuiatiles magis damnentur in cura ualetudinis, quam qui capiuntur in fluminibus populosarum urbium; quippe ubi cuiusc generis fordes & purgamenta corriuētur. Verum inconsultum uoluptatis studium & amor, quid non tenet, quo expleatur? Quam tandem ueni rectique iudicij habet rationem? Simul factum est, ut cum magnitudine & gloria Romani imperij delitias & uoluptatis studium creuerit. Sed de lupis agimus, qui si supra Romanam apud pontem Milium, non in ipso Romanæ urbis sinu

Prensi fuerint, forte laudari poterunt, ob rationem statim adductam. Libeat etiam hic audire iocum Horatij in laudem istam superstitionem Romanæ gentis carmine suo sic ludentis:

Vnde datum sentis, lupus hic Tyberinus, an alto
Captus hiet, pontes ne inter iactatus, an omnis
Hostia sub Tusci.

Li. 2. ser.
mo. Saty.
2

Salmo insalubris est piscis, sicuti reliqui omnes pinguis
dine quadam ubiq; distincti refertiq; quales Galenus &
substâria & cōcoctione deteriores reliquis diuersa sub-
stantia docet, præterea stomacho infestos: quare cito sa-
tietatē sui faciunt, et si paulo audiūs copiosiusq; suman-
tur, fastidium facile crāt. Qua nota dum salmonem ra-
xo, poteris tu quo scunque pisces assimiles substântiae in
tandem censuram comprehendere: Salpam ut uocemus
pisces, quē Itali merlucium, nos stockfische, non uideo
quid prohibeat, sumpto iudicio à ratione parandi. Scri-
bit Plinius circa Ebusum insulam maris Tyrreni sal-
pam uersari, obscoenum alibi, qui nusquam percoqui pos-
sit, nisi ferula uerberatus. Obscoenū dicit ab insuata de-
formitate speciei, quæ certe adest nostræ salpæ. Nec ob-
stat, quia non dixerit salpam etiam in Oceano Germano
capi, quia probabile est uiciniorem pescatum ei no-
tiorem fuisse. Nam salmonis faciens mentionem dicit in
Aquitania salmonem fluuiatilem marinis præferri, nul-
la mentione facta salmonis Rhenani, quum & hic mari-
nis dulcedine sua possit anteferri. Omnes nāq; pisces ex
mari in fluuios migrantes, aliquid remittunt saltis sapo-
ris, & dulcedinem à fluuios natura sibi querunt. Spon-
dylus piscis ab Italib; Scinaglia dictus interprete Geor-
gio Merula Alexandrino, subdura est carne, laudatissi-
mus profecto. Eundem arbitror esse, quē nos mone dici-
mus, similitudine figuræ admonitus. Inter saxatiles pi-
sces numerari poterunt & trutæ, quoniam in saxosis flu-
uis plurimum uersantur. Passeres etiam inter molles pli-

Lib. 3. de
facul. ah.

ca. 18

In cōmē.
sup. 7. li.
Epigrā.
Martial.

DE RATIONE VICTVS SAL.

sc̄es numerantur, salubresq; iudicantur: cæterum id ego
concedo duratis siccatisq; sole, recētibus etiam, si detra-
hatur pellicula. Omnes autem pisces cuiuscq; generis, sed
præcipue molles & pingues condimēto uini uel aceti &
aromatū quicquid afferre poterūt incōmodi, magna
ex parte dīminuent. Aromata sint zingiber, chariophy-
li, cynamomum, & crocus, p̄s addi piperis integrū uel
non exactē triti permitto. Velloco aromatū sint cæpe,
uel porr̄, saluia, siliquastrū, ros marinus, amaracus, &
hyslopus. Tametsi intelligo simpliciorē coquēdi formā
monstratā à Gale. Copiosa in æneum uas infusa aqua,
inquit, olei qd satis sit iniūcito cū anethi & porri pauxil-
lo, deinde quū hæc ad dimidiū cocta fuerint, salis tātum
addito, quod totum ius salsum nō efficiat. Certe si quis
ad hunc modum pisces hodie appetet, p̄s gratificetur
palatis delicatorum ac fortassis auertat appetitiam.
Quod autem Galenus oleum butyri uice uelit addi, ni-
hil mirum, quum sua ætate in Italia butyri elus nōdum
fuisset usitatus. Scribit enim Plinius butyrum barbara-
rum esse gentium cibum laudatissimum, & qui diuites
à plebeis discernat, nisi forte olei calore fouendum pisci-
um frigus uoluit. Ad extremū sc̄ias uelim, omnia que
cunq; testis includūtur ceu cancri, cochleæ, testudines,
astaci .i. gamari, difficulter corruptibile carnē habere,
sed & difficulter digeri. Habet tamē ius eorundem uim
uicti, salu- ciendi aluum, si cū pipere coquatur autore Psello. Qui
vero pisces haud sunt squamosi, sed tactu molles instar
cutis humanæ, duræ carnis tradūtur esse & difficilis con-
coctionis, si ramen concoquātur haud contemnendum

Gale.li. 3
de facul-
alimen.
Lib. 28
ca. 9

alimentum corpori prēbere. Pisces uero qui fumo tem-
perātur tanquam deterrimi sunt habēdi, pessimus enim
succus ex his gignitur. Qui forte accuratior erit naturæ
piscium cognoscendę, idem legere poterit libellum Pau-
li Louij episcopi Nouariensis de piscibus. Multum enim
ueræ laudis eo suo opere uir ille est consecutus. Audio

GVLIEL. INS V: MENAP. XLVI.

Petrum Gylliū gallū quendam in eodē argumento dili-
genter laborasse. Quare utrumque tu consulere, & ipsos
inter se conferre poteris.

Cap. XXXI. De melle.

MEl crudum maxime si solum absque pane sumatur, acrimoniae suae ui aliū ad excretionem pro-
ritat: coctum alit. Sed quamvis utile sit senibus
& in uniuersum corporibus frigidi temperamenti, cali-
dis tamen naturis maxime ætate uigenti inutile est. Co-
piosius etiam sumptum nauseam afferre stomacho pote-
rit, laborantibus quoque hectica febre mel subtrahit
Galenus. Illud uero placentæ genus, quod ex melle & fa-
rina conficitur, itrion dictum, difficilis habetur conco-
ctionis, maxime si glutinosa fuerit farina, haud tamen,
si conficiatur in uentriculo, malum pariet succum, alio-
quin oberit obstrunctiones patiētibus, uel ijs, qui obstru-
ctionibus facile sunt obnoxij.

Cap. XXXII. De oleo.

DE olei natura priscis temporibus plurimum inter
homines doctos uariatum fuisse Galen. testatur.
Ipse tanquā arbiter illius controuersiae ita distin-
guit oleum, ut quatenus sale uacet, lubrica ui sit in cor-
poribus humidis, perinde ut blitum & maluæ. Si uero
salem admixtum habeat, ē uentre puto euadere salis sti-
mulatum acrimonia, atque etiam intestina radere hoc
pacto affirmat, maxime tamen si quis intestina debilia
habeat facile passura diarrhæan. Si quis aut̄ caloris uim
mitigare uelit, quæ in oleo haud tamen est excellēs, ad-
det aquam. Ipsa quoq̄ uectestate calorē oleum concipit
maiore. Quod em̄ est dulcissimū, Aetius decernit esse Lib. 2.
medij tēperamenti. Quod ē nuce arida, raparūq̄ semine ca. 194
fit, insalubrius habet. Omne aut̄ oleum nocet oculis, &
uim lachrymas excutiendi habet, leniter enim mordet.
Causam sumit Aristotel. in proble. à tenuitate & lentitu
dine quadā, unde subeat & irreat in oculos, & tabefay

Li. 10. de
mor. cur;

Li. 2. de
facu. sim.
medica,

Prob. 2 2
Sect. 2 0.

DE RATIONE VICTVS SALVÆ.

citat humorem oculorum, quo etiam credo conferre alii
quid moram eius in stomacho, est enim stomacho cum
oculis *cupitatis* quædā, uena certa à stomacho pertingen-

Lib. 11. te ad oculos, ut existimauit Plinius. Hinc etiā est, quod
ca. 37. quibus eruntur oculi statim euoluitur stomachus &
ad uomitionem concitatur. Oleum etiam omne exasperat
guttur & tussim est suscitare aptum. Nulla res odo-
rum qualitatem in se melius retinet, quam oleum, refe-

Lib. 13. rentibus Plinio & Plutarcho, ob tenuitatem suam aere-
ca. 2. & am, ut conſcio. Si quis tamen olei uelit lentorem prohibe-
Plutar. in-
li. de tuer. bere, optime id faciet aromatum cōdimento, uerum sic
uita calidius multo ſeipſo euadet. Est enim facile fuscipiens
qualitatum caloris frigorisue.

Cap. XXXIII. De aceto.

ACETI modicus uetus prodest, est enim in cibis gra-
ti condimeti loco appetentiā excitantis. Sed po-
tissimum calidos, dulces & pingues aceto condie-
mus modico. Nam ita gustui quoque gratis sapor obſici-
etur, uerum caue, ne exquisitè dulcibus exquisitè ualens
acetum æquis uel ferme æquis portionibus admisceas.
Mitigari acetum pane tosto uel uino, plurimum etiam

Lib. 23. sale, refert Plinius, sicuti pipere uis eius accenditur: mul-
ca. 1 tus tamen & frequens uetus extenuat & desiccatur, preſer-
tim si ualens fuerit acetum. Ingressum etiam per os & tu-
Ex sent. nicas linguae ac uentriculi sensum sui ibidem diu relin-
Gale. 14 quit, uim quodammodo habens, ac si dicas, tristificans.
methodi Consuevit enim in massam attolli, inquit Hippocrates,
mede. & multiplicari aceto bilis atra in corporibus melancho-
licis, licet his, quibus amara bilis exuperat cōferre soleat
Lib. 3. de per se haustum. Mulieribus etiam magis, quam uiris no-
vict. rati. cer, utpote quod uterum dolore cruciat: ledit enim ner-
ī morbis uos & partes neruosas eoque obest robori corporis. Den-
acutis. tes tamen confirmandi roborandi que uim habet, & leuio-
rem singultum finiēdi. Poterit & leuiores destillationes
cruentas narium fisterem oſfactus aceti infusi in panem to-

stum, sed & uenenis acetum aduersari hactenus est com
muni doctorum fide receptum.

Cap. XXXIII. De aquis.

AQuarum bonitatē Galenus à tribus sensibus privo Lib. 1. de
mo aestimat, nempe gustu, uisu & odoratu. Guſ facul. sim.
stu puram dicit, si nullam offerat qualitatem, sed medi.
ad unguem expers maneat singularis alicuius gustus.
Visu, quū syncera fuerit ac plane perlucida; sic nec odo-
ratu ullam præ se ferre qualitatem debet, ut sunt quedā
extremæ prauitatis, quæ aut acidū, aut acre, aut falsum
aliquid, uel putridum, uel aliquid aliud uitium uix effa-
tu singulari nomine præ se ferunt. Si à loco, unde erum
pant aquarū bonitatem uelimus cognoscere Galenus &
Hippocrates uolunt aquam potabilem exurgere à loco 1. de sani-
ad orientem spectante, quæq; per meatus mundos cele- tuen. li. de
riter currat per terramq; purā coletur, æstate frigida hye- acre, aq;
me tepida; quæque eadem celeriter calefiat & refrigere- tur, hanc omnibus ætatibus uolunt accommodam. Pal
ladius paulo accuratior nō satis habet à colore, sapore, & odore probari aquas, nec à loco, unde erūpant, quod Lib. 1. rei
his omnibus ad speciem obseruatis, inquit, occultiorem
noxam testior natura seruare consuevit. Itaq; nos ad
monet ab incolarū quoq; ualetudine facere periculum
aquarem, ut si sauces bibentium puræ sint, si sano capi-
te, si in pulmonibus ac thorace aut nulla ē, aut rara cau-
fatio; deinde si uenter aut uiscera latera uel renes nullo
dolore aut inflatione uexētur, & uicia nulla uescicæ sint.
Aquarum substantiam, si uolumus attendere, unus o-
mnium Celsus aptissime distinxit. Aqua leuissima plu- Li. 2. ca.
uialis est, inquit, deinde fontana, quum ex flumine, tum 17.
ex puteo. Post hæc ex niue aut glacie, grauior his ex la-
cu, grauissima ex palude. Et tam Palladius quā Celsus
præter reliqua quoq; aquæ leuissimæ attribuunt, quod
legumina ex ea celeriter percoquantur. Paulo post Cel-
sus, fere uero sequitur, ut quo ualentior quæq; materia

DE RATIONE VICTVS SALVÆ

est, eo minus facile concoquatur, sed si cōcocta est, plus
alat. Itaque utendum est materiæ genere pro uiribus,
modusque omnibus pro genere sumendus. Aegineta
rem diligentius adhuc tractans, imbrium aqua, inquit,
est leuissima, dulcis, lympidiss., tenuiss. eo quod sol leuis
simum & tenuissimum attrahat, ac id non solum ex aqua,
uerum ex mari quoq; & corporibus. Quapropter omni
um etiam celerrimè computrescit, ceu diuersis ex quali
tatis conflata. Nemo autem aquam putrefactioni op
portunam deterrimam esse existimet, nam mutationis
facilitas uirtuti potius, q̄ uitio tribuit. Quæ igitur aqua
optimæ aquæ notas habet, si prompte etiam putrescit,
ea censebitur saluberrima, quamuis quum mutari inci
pit, occasionem raucedinis, tussiculae, & uocis grauitatis
præbeat. Ac inter imbrium aquas quæ tonitru decidit,
præstantior est, q̄ quæ nubibus demissa est. Ex glacie &
niuibus aquam insaluberrimā iudicat. Niualem adhuc
peiores glaciali ceset Hippo. Lithiasin, stranguriam &
renales dolores inferentem. Causam inuenit Aristote. in
proble. quod frigus concretum in glacie niueq; simul cū
terrena substantia maneat, non eliquatum extractumq;
ui & calore solari. In summa, magna nobis adhibēda cu
ra circa delectum aquarum, non solum quas potemus,
si modo necessitas incidet bibendi, uerum etiam quibus
cum apparemus cibos & potiones cereales. Nam quum
aqua suamet sponte à frigoris natura diutissimè more
tur in præcordijs, iuxta sententiam Galeni, & inflatum
mutetur corrumpaturq;, uentriculi debilitans concocti
onem, tum si malam aliquam qualitatem acquirat, ut
pote si crassa, turbida, olidae sit, insuper obstructions
rū causa fiet. Omnia uero maxime aqua putrida post
cibum mali succi porta incommodabit naturæ. Animad
uertit Plato quoque à naturis conditionibusque aqua
rum tam animos quam corpora progressu temporis affi

Lib. 1.
ca. 50

Idem censet
Oribalsi.
lib. 2. de
fa. sim.

Li. de ae
re, aqua,
& regio.

Li. 7. de
mor. cu.

Lib. 5. de
legibus.

ci, quo sit, ne inutile ac contemnendum studium aquarum delectus possis suspicari. Crassioris tamen aquæ emendationem fieri posse coepis, allijs, & eiusmodi rebus incidendi attenuandique uim habentibus, multorum est opinione receptum. Cæterum aquæ intempestive potæ damna diximus iusta moti occasione, quando de peregrinantibus agebamus: quibus illud addimus, copiosum aquæ potum per aestatem corporibus nostris nocere atque causam fieri posse hydropis. Idque ex Hippo. obseruatione. Innatum enim calorem stupore suo frigida aqua extreme offendit, ut uisum est Aetio. Vini feruidi & ueteris contraria prorsus est natura.

Cap. XXXV. De uinorum generibus
& natura.

VInorum uaria sunt genera: à calore, si aestimentur, sunt nigra, rubella, flava, pallida. Nigra, tardius meatus & caput facile lædentes, unde sit, ut durior sit ab ipsis orta crapula, quam à reliquis ut in suo quodque genere. Nam fieri possit, ut uetus & perferuidum album tenui & debili uino nigro facilius citiusque tentet caput, & effervescente sanguinem membraque faciat. Sed obseruauit Oribasius Sardianus ab usu multo uini nigri & austeri præter læsionem capitum ingenium etiam obtundi & hebetari. Nam dulcia maximeque uabella idem minus forte ualeant efficere, id quod promptum ac facile sit cuiuis cognoscere. Non em adeo mortuantur transitum hæc, quam illa. Probarem maxime uina rubra, si passim tenuia reperirentur. Grassa certe parciissime bibenda, præsertim qualia nascuntur in agro Campano, quæ Mangouerra uocant Itali. Opinor esse Setina, uel sunt certe consimilis generis. Qualia item sunt in finibus Eluetiorum uersus Nouocomum, Voltolina uulgo dicuntur. Alunt quidem eius generis uina copiosè, minus tamen bonum succum creatia reliquis omnibus; nisi forte inueniantur plumbea co-

li. de mor. qui intus.

li. 9.c. 12 Gale, lib.
7.de mor bis curā.

li. 3. de cōfect. cib.

DE RATIONE VICTVS SAL.

lib. 10. epi. Iore, quorum apud Marcialem mentio, à me nōdum uisa, nam hæc uel color solus condemnat. Laudat Sympho. Campe. uina rubella subacerba, qualia testa prouenire in agro Lugdunensi, qualia item solet dare ager Feltrensis, tenuia enim sunt splendida, & gratæ cuiusdā suauisq; acrimoniae: Vina lutei coloris splendida dulciaq; maxime commendat Aetius, quale phalernum in Italia. Nam cæterorum uinorum quæ commemorat, longius forent nobis exempla petenda, id enim probum sanguinem & crassitudine temperatum gignere prodit. Quæ flava sunt uina, uel à natura id habent, uel ab æte. Quod si à natura id habeant, id est, statim aut paulo post ab expressione botrorum, perspicuum est, ea calidissima habēda; si uero quū pallida prius fuissent ipso temporis tractu, flavo sunt tincta colore, proximum caliditatis locum ab illis statim dictis obtinent. Eadem si tenuia quoq; erunt, optimæ notæ habebuntur, & ad ualeitudinis tutelam accommodatissima. Quin ubi pauxillo aquæ misceantur, senties manifeste calorem per totum corpus transmitti, si modo uera narrat Galenus. Aquæ paululum uino forti admixtum uehiculi esse loco, ut ciuius meliusq; membra porosq; uinum subeat, ipso etiā Aristotele monstrante didicimus. Cæterum si dilutius temperetur, id adeo non efficiet, ut fastidium & uomitum stomacho possit afferre. Namq; id maxime uomitū mouet, quod innatare stomacho consuevit, quodq; degustatum insuaue & inamabile est, fastidiosum quoque est. Modo uinum abundantius dilutum tenuitate sua q; dem perfluere ualeat celeriter, quia tamen hebetata uis & gratia uini est, fit fastidio. Conturbatur ergo sensus stomachi ab excitatione motuum diuersorum, quem scilicet & uinum & aqua pariter efficiunt, maxime in ijs quibus uis stoma chi à subtilitate neuorū est ualde sensili, quod quidem malum tum augebitur, quū uinum dilutius erit dulce, difficilius enim permeant dulcia,

lib. 12. de
mor. cur.

14. prob.
Sect. 3.

prob. 18.
sect. eius-
dem.

GVLIEL. INSVL. MENAP. XLIX.

quamuis audius appræhēdanſ. Certe Plutarchus magis li. de tuę
 approbat usum uariandi interiungendi q̄ uino modicā bona ual.
 potionem aquæ, quām diluendi uini. Rationem eius in- Idem tere
 ter pretor, quod & feruor uini non nihil mitigeſ & pro- Plinio ul
 hibeatur facilior ebrietas (facilius nāq̄ incidimus ebri- def. li. 2. 3.
 etatē à uino modicē diluto,) & quod prohibeatur nau- ca. 1
 sea, quæ à uino aqua copioſe temperato forte cōcitetur.
 Deinde si moderatus sit boni uini uſus, non est qd plus
 nos metus angat feruoris, quām ſoletur certa ſpes & per
 uafio eorum, quæ nobis uimum cōfert bonorum. Nam
 & ſemicrudos humores digerit iuxta ſentētiā Galeni, lib. 4. de
 quātum aliud quicquam, tum ſudorem urinam q̄ pro- fani, tuę,
 uocat, ac ſomnum conciliat. Cæterum prohibeatur ab In lib. de
 eodem uina uetusta calidis & ſiccis naturis, prefertim pe Euchymia
 ſtilentia grassante, propterea quod ſanguinem prompe a & caco
 adurunt. Quin narrat exemplum Gale. de puero quodā chymia
 uehemēter exasperato ſiti, qui quum aquæ potabilis co
 pia defuiſſet, uinū uetustū liberalius hauerat, impoten- li. 2. de lo
 tia ſitis urgente, atq̄ eundem ilico peruigilijs & delyrio cis affect.
 uexatum, poſteaq̄ febre correptum interiſſe. Sunt autē 7. & 12
 uina uetusta eligenda, quo maior fuerit frigiditas: frigidī methohi
 tatem intelligas ætatis, naturæ, tēperamenti, ſexus, tem medendi
 poris, regionum. Non tamen adeo debent eligi uetusta
 ut iam amara facta fuerint: nā amara immodice ſiccane,
 minimum uero hæc exhibebis, quos in uentriculo flaua
 bilis infestat. Talia nanq̄ ſimul laudabilem ac nutrientē
 uini ſuccum iam amiferūt, ſimul iniucunda quum ſint,
 hoc ipſo ſtomachū offendunt. Porro quum ſaporis gra
 tia diſcernamus uinum, absurdum profecto ſit & ſuper
 uacaneum certa amorum ſpatia uino preſcribere uelle,
 ut in tanta uarietate, ſiue naturam & ſubtantiam ipſorum
 attēdas, flue regionem aut locum ubi nata ſunt, ſiue co
 ſtūram. Nam id quoq̄ plurimum refert, quousq̄ coctū
 à ui ſolis ſit uinum. Certe aquosum & debile acerbūq̄
 uinum fugiendum omnibus naturis bono existentibis

DE RATIONE VICTVS SALVB/

temperamento medici mouent, utpote quod intra uer
nas membraq; collectum cito ac escat putrescatue. Qui
**In li. de ui
ta produ.** diligentiores in re sunt, quorum de numero Marsili. Fi
cinus, sic statuit. Vinum quo uelimus uti, tam firmum
& ualens esse debere, ut triennio toto perseverare in te
grū possit. Nam compertū habemus, debilia ista aquo
saq; uina in paucum tēpus durare, si uel magna in repo
nendis afferuandisq; adhibeatur diligentia. Quāuis hæc
tamen plurimum afferat momenti, sicuti alias est intelle
ctū, quādo de domoq; cellæq; uinariæ constructione di
ximus. Regionem aut uel situm loci plurimum confer
re, nihil est, quod multis uerbis declaremus. Ipsa nanc
testis est experiētia, meliora ualentioraq; uina in calidis
regionibus reperi, q; frigidis: & in montanis locis, q;
cauis planisue. Rursus in apricis et soli expositis, q; in ca
liginosis, uel minime soli peruijs. Ut interim singula si
gulis apte reddantur. Coctionis etiā modo ac diuersita
te distingui uina an non certissimum docuamentum no
bis exhibet nata L. Opimio Cons. uina? Cuius quidem
**Ex Pli.li.
14.ca.4
& 14.** consulatu durāte optima solis coeliq; tēperies uinū tum
copiosum, tum optimum dedit, sic ut annus ille cocture
nomen cōsequeretur à probiore solito uini decoctione:
legimusq; inter rarissima miracula nature, illius anni u
na durauisse in annos ferme ducentos, ac nominis æter
li. histori.
60 nitatē Opimio Cons. astruxisse, alioquin sæditionibus
& morte Tyberij Grachi celebri, ut Opimiana uina per
petuo dicerentur, redacta tandem in speciem & crassit
dinē mellis. Vnde Martialis illud ex̄jt, ne quis ab uno
scriptore excogitatam fabulam uerius, quam ludentis
prodigium naturæ putet:

**L. i. Epi
gramma**

Testa sed antiqui felix siccatur Opimi,

Et alibi:

In 2.

Cecuba siccantur quæque annus coxit opimi

Condantur paruo fusca falerna uitro.

Sgenera uinoꝝ omnium persequi stilo uelim, quorum

Quidem metiopassim à scriptoribus uetus sit, (ut ten
tatum autem id intelligo à Montano Veronense homi
ne doctissimo) si quæ singulis naturis ac temperaturis
sua uelim attribuere uina, operosum profecto negotiū
sumpsero, ac nescio an par laborem sit utilitas consecu
ra. Sed tamen quia præceptiones ferme omnes artium
sunt uniuersales, & pleraque in uita nostra incidunt, quæ
susceptam subinde uictus rationem cogunt variari. Age
tandem lector candidate & nostris institutis faue quæcio.
Ac primum quidem ceu certus perpetuusq; habendus
canon, ne senes, debilioresq; natura uinis utatur crassis
& rubris, sed calidis natura ætateue. Itidem melacholici
omnes sine natura, siue studio, siue ætate, siue alio quo
uis casu facti sint tales. Namut ferrum igni mollitur, ut
Platonis utar uerbis, sic atra bilis uino mitescit ac sœda
tur. Sed cauebunt ij tamen sibi à uino præferuido, id
enim caput ac neruos promptum est oblaedere, præter
quam quod, ut dixeramus, sanguinem adurit. Itidem
temperabunt sibi à uino nouo ualestinarij perperuo
& senes. Nam quum nondum iustam puritatem sibi
quæsierit ac pars feculenta quandam atrae bilis natu
ram referens nondum resederit, deinde quoque nondū
iustus calor accesserit, haud ita cōducet hepatici renibus
que, sed & fluctuabit in stomacho, quamvis ubi secessit,
alio purgandæ ualeat. Vino præcalido & forti abstine
bunt, quibus caput contigit debile, hoc enim neruosam
substantiam promprissime offendere Galeno uisum est,
idq; maxime si iejunus quis ea bibat. Fuisse multis homi
nibus olim morem ut ieuni biberent & potus uini ante
cederet cibos meminit Plinius: nec eum morē ita teme
re arreptum, sed causam & originē sumpsisse narrat sub
Tyberio Claudio Cæs. à quorūdam peregrinorum pla
citis medicorum, nouitate aliqua se se commendantū.
Sed probabile est et si illico sanguinis creandi causa sit ie
junio stomacho uinū sumptū, eundem tamen sanguinē

Lib. 2. de
legibusIn eom/
sup. 28.
Apho.
Hippo.
particu. 6Li. 14 de
ca ultimo

DE RATIONE VICTVS SAL.

minime firmum, sed fluidum & labile futurum. Omne autem uinum pueris negandum usq; ad annum etatis decimum octauum, Plato suasit. Id enim esse ac si ignem igni in corpus animamq; suggestas, ante quam ipsi uiri effecti labores subire incipient. Furiosum nanc; habitum iuuentutis cauere oportet: quod uir ille diuinus de uino præcipit, idem intelligere possis de cærealibus istis potis onibus factis è ualentiore materia ac acrimoniam tempore adeptis, sic ut agere rapereq; mentem animaumque ac debilitare corpus possint. Qui tamen exactiorem cogitationem curamq; suscipiunt iuuentutis curandæ, putant non puram offerendam pueru aquam, sed uinoq; maxime dilutam, aut certe cum iam accesserint anni plu sculi dandum uinum debile, idemq; paucum. Nec eo solum contetus fuit Plato, pueris ut ipse uinum demeret, eo quoq; progressus est, ut negaret uinum uiro & mulieri porrigidum, qua nocte liberis creandis dare uelle operam. Semen nanc; redditum ab homine refecto largiore potu uini existimauit inutile futurum. Etsi illud utique coalescat, tamen uerisimile uideri uoluit ebrios tam membris, quam moribus. Qui enim uino repletus est, inquit, rabie tam corporis quam animæ concitatus quouis & trahit & trahitur: hæc enim in corpora nascetur, illuc imprimitur, unde peiores inde nascuntur: & haec tenus quidē ille, haud malis usus rationibus.

In lib. de somno et vigilia. Sed & uetuit Aristoteles dandum uinum nutrici infantes, omnium certe minime censeo ipsis dādum nigrum, ualidum, simul enim cum lacte infans naturam & ingenium nutricis creditur haurire. Ut ad Platonem redeamus, hic & ab ebrietate & pleniore uini usu arcet iuuentutem, moderatum tamen usum cōcessit usq; ad annum tricesimum. Sed quum ad quadragesimum annū uiri perueniēt, tunc in coniuījs liberius discubentes, quum alios tum Dionysium ad sacra senū & ludos inuo-

Lib. 2.
de legib.

li. 2. et 6
de legib.

In lib. de somno et vigilia

lib. 2. de legibus

cent, qui hominibus uinum quasi remedium aduersus senectutis duritiam est largitus, ut reuiuiscere uideamur & moestitia nos obliuio capiat. Sed de uinorum generibus plura dicere mus argumento sumpto à sapore, & non in alijs quoque; uerum hæc uidebantur ad præsens satis. Quamuis de modo ipsius potandi postea dice mus loco cōmodiore, & de facultatibus ipsius à gustatu quum de savorum natura tractabimus. Itemque quum de crapulæ extinctione loquemur. Nam hęc pars ad inationem est quodāmodo referēda. Vini quoque comodorum aptior mentio fiet, quando de affectionibus animorum agetur. Ad præsens autem satis esto naturā & notionem quādam uinorum generalem fuisse comonstratam. Postremo scias omittendam esse potionē uini foeculenti, foecis ea natura ac uis est ut descendentes in dolia possit necare. Est enim uis quædā foeci, quæ nitro, ut siccata recipiat ignes ac perflagret sine alimento; ex quo coniçimus uina foeci propinqua plurimum fer uoris concipere. Annotauit Macrobius, uina circa medi am dolij partem esse meliora, oleum in summa, mel in imia parte, causis etiam quibusdam ab eo propositis.

Cap. XXXVI. De zytho quam & ceruifiam
uulgo uocant.

Potiones ex fruge conficiendas partim parentia & inopia uini suaserunt, partim uoluptas, ut uarietate gratiæ & potionis gustum recrearemus, partim etiam ualetudinis respectus effecit. Ad multas enim res utilis habetur zythus: nec dubito, quin si priscis illis rei medicæ scriptoribus cognitum fuisset ipsius artificium cocturæ, quomodo apud nos apparaſt, tum saporis gratia, tum utilitatis quoq; haud eā ſtilo ſuo præteriſſent. Nec Germanorum modo & Gallorum, ſed Aegyptiorum zythi uſum ac primum fuiffe inuentum ex multis uetusſis autoribus conſtat, quo minus me teſtium intellegas urgeri querendorum inopia. Et quamuis diuersus

DE RATIONE VICTVS SAL.

sit coquēdi modus, id tamen est perpetuum, ut quo ex
firmiore materia sit siue zythus, siue alia quævis potio
frumentacea, tanto ualenter eam alere. Zythum autē
uoco potionem ex fruge factam, et si non dubito diuer-
sum esse confectionis modū hodie nostræ gentis, quam
olim ubiq̄ fuerit. Quia tamen materia eadem, nec cer-
uisiæ uocabulum apud antiquos probatosq; scriptores
inuenio, patietur nostra ætas æ quo animo, sicuti spero,
me nō tam ego uocabulum id impono, quam ostendendo
ob materiæ conuenientiam & elixationis modū po-
tius admittendum, q̄ nouitium & barbarum passim re-
cipiendum. In zytho igitur coquendo si salubritatis ha-
bere curam uolumus, haud ita magnā copiam filiginis
hordeo miscebimus, quod crassiciem & lentorem in se
plurimum habeat filigo, quāuis permixtione furfurum
noanihil attenuetur crassities & gluten, lentoque quasi
dissipentur: quo etiam confert hordei natura, quod ce-
nui succo sit abstergentiæ facultate. Conuenientior etiā
erit extritico factus zythus robustis, & ab ægrotatione
longa, macieue multa referendis. Quod si quis zythum
non ualenter nutriendi, sed sitis restinguendi simul & re-
frigerandi causa uelit, (ut fere solet præcordijs æstuanti-
bus, aut in ardorib⁹ caniculæ) poterit hic hordeo zeam
permiscere, uulgo speltam: nam hęc medianam quodāmo
do nutriendi potestatem habet inter triticum & horde-
um ut Dioscoridi uidetur. Cui uero zytho plurimum
inditur auenæ, debilioris adhuc euadit nutrimenti: zy-
tho addenda lupi salictarij copia, lupulum uocant,
mundare siquidem sanguinem creditur. Miror cum
lib. cui Symphorianus Campegio Meluen reponere lupulum
titu. horti inter herbas ad frigus declinantes, Campegius respon-
galici. det uires florum, quas in zytho ostendant satis manife-
stare calorem suum, quibus rebus, inquit, grauitas etiā
odoris assentit. Ego rationem apertiorem affero, quare

lupus salictarius inter calidas herbas reponatur, quod
 semen eius sit amarissimū, proxime flos quoque, modo
 cuncta uehementer amara sunt participantia caloris &
 siccitatis ex decreto Galeni. Esse autem lupum salictari/
 um, qui quasi per diminutionem lupulus dicitur, multi
 ex Plinio coniecturam eliciunt à modo nascendi. Spon
 te nascitur ad salicta plerunque, & quod in condimen/
 tum uenit ciborum. Quæ quoniam passim recepta est
 opinio, quamvis manifestiore rationem curiosus ali/
 quis desideraret, habeatur à nobis lupulus in pristina si/
 gnificatione sua, donec succederet, qui ueterem redargu/
 at opinionem certis evidentibusque rationibus. Cæte/
 rum ne culturæ forma & modus te abducant à uulgari
 opinione, lupulum ex agresti fecit hortensem industria
 diligentiaque humana, ut alia pleraque. Postremo tibi
 obseruandum relinquo, ut zythum non nisi probe co/
 ctum bibas & clarum, alioquin flatus excitabit, & pun/
 cturas in uentre, & forsitan affectionem colicam quo/
 que. Obstructus præterea uiscera, & calculos pariet, nec
 etiam recens nimium sit: nam easdem affectiones crea/
 bit cum turbida, nec etiam eo uetus statis perueniat, do/
 nec saporem acetosum contraxerit, stomacho enim &
 neruis tum quidem maxime nocebit, quum alioquin
 omnes potionē frumentaceæ id mali proprium habe/
 ant, ut Dioscori. opinatur. Quam ego etiam rationem
 inuenio, quare debilius officio membrorum præsertim
 pedum fungantur à yythi, quam uini potionē ad æbrie/
 tam adacti. Frugum tamen potum alere neruos Plini
 us est autor.

Cap.XXXVI. De saporibus tractat generatim.

STomacho conferre, quæ modico sunt sale respersa
 præter Celsi traditionem, experientia manifeste
 confirmat. Plurimum autem solita asseruataque
 in longum tempus duræ sunt conctionis, macilentis &
 gracilibus hominibus præ ceteris inidonea magis, ualde

Lib. 4. de

facu. sim.

modi. &

7.demor.

curandis

ca. 1 f

Lib. 2 1

ca. 1 f

Li. 2

ca. 1 f

DE RATIONE VICTVS SAL.

In lib. de
tenso &
sensili.

Lib. 3. de
facul. ali.

De hoc
Pli. in 10
li. ca. 65.

li. de 10g.
et breuita
te utræ

enim exiccat huiusmodi cibi, qua ratione oculis etiam aduersantur, quum ipsi contrariae sint qualitatis, aquæ nimirum, iuxta narrationem Aristotel. Præterea cibi omnes sale durati acumine suo uellicant & mordent stomachum, unde exhalantur fumi petentes oculos & ruboris uestigium ipsis relinquentes, unde uideamus decoloratores salis oculos plerunq; rubros habere. Omnes autem cibi pituitosæ substatiæ magis sunt utiles in paucos dies sale conditi, ceu suilla, iuniorum animalium, sed in florenti ætate & pingues, pisces item, maxime quibus pingue & glutinosum aliquid inest. Porro quæ siccæ naturæ sunt corpora salis conspersione exarefacta, cibo sunt inutilia Galeno uisa. Decoctione longior saliorem plerunq; reddit cibum, si uel aqua optima coquatur sola. Remedio est, si in aliam aquâ cibū ipsum trastuleris, quod quo læpius feceris, magis atque magis remittetur falsedo, quamvis cibus ipse tum ingratiior gustui, tum cœcoctioni reddatur ineptior. Salsissimus est sal, qui sic cissimus, ad absonia tamen & cibum utilior, qui cito liquescit, habebit & hic minus amaritudinis. Fossilis sal quod à terrestri materta sit, durior est & densior, minus calidus est, minus etiæ subtilium partium: efficacissimus tamē habetur fossilis candidus, æqualis, nec lapidosus. Observatum etiam est salsuginem maiorem reperiri in supremis fluctuum puteorumque partibus. Solent interdum etiam salgama initio mensæ sumi ad appetentiam excitandam, tum ad deiectionem commodiorem. Valebunt eo olivæ, capparesue loti: nam salgama quæ ex caule flunt, omnium sunt inutilissima. Feruntur salsa quæq; stimulare Venerem, multiplicari etiam foetum foricicum uideamus in nauibus sale onustis, quod labendo salem animal illud plurimum fiat salax. Dulcia porro omnia pinguedinem aliquam confundam habentia laudat Aristote, tanquam amica sanguini, maioremque fortita familiaritatem cū corporibus nostris, Augescunt

enim corpora dulcibus atq; pinguibus, & potu, inquit
Plinius: contra, minuuntur siccis & aridis. In quam sen-
tentiam scribit Aetius ascens sibi uetus tum quendam
philosophum testem Philagrium nomine, quod dulces lib. 5.
potiones duplē nobis afferunt utilitatem. Alteram ca. 134

quod iucunditatis gratia à natura auidius amplexatur.
Ventriculus enim placidæ rei occurrens ac circumstā-
tēam facilius subigere cōficereq; potest, præsertim si mo-
derate afferantur dulcia. Alteram, quod ægritudini faci-
lius resistunt uim ipsius cōtraria quadā qualitate obtun-
dendo & facultatem animalem suscitando confortan-
doque ad impetum morbi facilis sustinendum, eoque Apho.
mortales omnes dulcedine potus alliciunt, sed uini præ-
cipue & mulsi, hæc ille. Quin Hippocrates ipse quoque
uult cibum suauem, ut modo paulo sit deterior, præfer-
rendum tamen minus suavi. Non id quidem gratifican-
di causa ægroti solum, sed ualitudinis quoq;. Quæ em
cum uoluptate assumimus, ea uetriculus auidius appre-
hendit & melius perficit. Posset enim hoc pacto cibus
melior seipso fieri adiunctus cibo potuique boni succi.
Sed aduertere tu debes, quod Aetius statim dixit mode-
ratē offerēda dulcia: nam si nimis copiose q̄sdem uescas-
tur, facile corrumpentur, & in bilem conuerten̄, præ-
sertim in calidis corporibus testante Gale. Omnia quip-
pe dulcia cōmuni quadā ratione lædere splenem & he- Li. 2. de
par quum alij, tum Oribasius obseruauit. Mali remedii
addit, si condiantur admixtione alicuius nec diuersissi- faculna.

mi saporis, nec etiam assimilimi. Sed & dētes læduntur Lib. 3:
ab esu simplici dulcis cibi potionisue, omniū uero ma- Euporist.

xime à lactis & sicuum esu, testāte Aristot. Magis adhuc
sicuum, quod lentore suo gingivis adhæreāt, seque præ
mollitudine nimia inter dentes insument, & putredinē
calore suo cito efficiant. Forsitan & ob granorum suo- Probl. ult.
rum duritiam dentes celeriter effatigant, quum mandu- Sect. 2

cantur conficiunturq;. Confirmantur autem dentes ace

DE RATIONE VICTVS SAL.

Li. 15.
ca. 27.

to debili, sinapi & eiusmodi rebus. Scias saporum gene
ra me non exquisitè distinguere: nam si Plinio assentia
mur lac non erit dulcis, sed lenis saporis, ut ipse fingit.
Alterum est genus, inquit, in quo sit & alienus quidem,
sed & suus quidam sapor & peculiaris, ut in lacte. Siqui
dem inest ei (quod tamen iure dici non potest) dulce &
pingue & suave, obtinente lenitate, quæ ipsa succedit in
saporis uicem. Laudatur itidē & alias ab alijs aqua nul
lam habens qualitatem saporis, & tamen Dioscorides
aquam dulcem dixit suo quidem ille ritu, γλυκὸν enim
quocunque potu amabile illi significatur. Porro dul
cium suauiumq; saporum discrimin ab exēplo uini &
multis agnoscas si Macrobius uolumus accedere. Mul
sum omne ostendit dulce, uinumque recens, sed proce
dente tempore uinum fieri suave, id quod quibusdā et
iam malis usu uenit, pirus, oliuīs, uuis, moris, ut Theo
II. 2. de fa
cult. alim.
phrasti uerbis narrat Galenus. Id autem maxime acci
dit, quum coctionem legitimam siccitate tempestatum
caloreq; solari consequunt̄. De dulcibus rebus diximus
quantum compendij nostri ratio sinebat, parcus adhuc
de reliquo genere saporum dicturi, quod promptum sit
unicuique naturam saporum cognoscere ex Galeno &
alijs. Contrariam à dulci sapore naturam obtinet austi
rus, acidus, & acerbus; hi tres frigidū, ille calidus miti ca
liditate, non exquisita, ut amara. Quantoq; quid calidit
us, eo euadit dulcius, donec amarorem acquirat: cōtra
ria ratione, quanto quid austrius, acerbius, acidius, tan
to frigidius. Habent tamen cibi horum trium saporum
uim astringendi ostium stomachi, ac eatenus appetenti
am excitandi. Acres uero sapores omnium sunt calidif
simi, proprie autē ea licet appellare acria, in quibus ue
hementem comperimus acrimoniam, cuiusmodi sunt,
piper, allium, cœpa, nasturtium, mel etiā uetus. Et hæc
quidem de saporibus, nunc de ratione condiendi cib̄
dicemus.

Cap. XXX VIII. De ratione condimentorum.

In undecimo libro naturalis historiæ Plinius, & in Ca: 53 septimo libro Saturnaliorum Macrobius docent utilissimum esse simplicem cibum homini: saporum aceruationem esse pestiferam, & condimenta pernicioſiora. Accedit eo quoque Celsus: condita omnia duabus de causis inutilia sunt, quum & plus propter dulcedinem assumitur, & quod modo par est, ægrius concorquitur. Disputatque in hanc rem diffuse uarieque Macrobius & collatis utrinque argumentationibus tandem ceu arbiter quidam honorarius sententiam dicit. Quibus omnibus breuitatis studio prætermisſis, meam sententiam paucis absoluaſt. Ac primam quidem dico, quum sua quibusque saporibus natura sit & gratia, certis etiam suum fastidium ad primum statim gustatum, ut amaris & ualde acribus austeriſque, alij ut non ad primum illico gustus occurſum satietatem ſui creant, ita post aliquam manducaſionē ſunt nobis fastidio, ut dulcia quæque. Quidam ſapores etiam propemodum nullius euidentis acrimoniae ſenſum reddunt, ſed mollicie quadam ſua uidentur insipida. Hos ergo ſapores tempe rare prout ſua cuique natura fuerit, nihil erit abſurdum. Dulcia quomodo condiantur ut grata ſint ori, præcedenti capite eſt dictum. Amara & acria auſteraque dulcore quodam mitigate oportet. Quæ insipida gusto cognoscimus, acri ſali uel auſteri ſaporis uarietate commendat Galenus. Et haec de ſaporum mixtura generaliter dicta ſatis ſint. Nam omnium uarietates condimentorum reddere Apicij fuerit aut Sanctræ. Summa ſaporum igitur coaceruationem intellexit Plinius, quum multigeniſ ſaporibus confunditur cibus: non modicam damnauit ſaporum uarietatem, quæ non gulam irrite uidelicet, ſed tamen quæ palato ſe gratiorem offerat, id quod ſimplex ſapor non præstat, aut ſi præstat, paritate tamē ſua cito ſatietaſe ex diūg affert. Niſi forte Plini. per In 1.c. 3 L.b. 2. de facul. alt.

DE RATIONE VICTVS SAL.

saporum coaceruationem intelligit multitudinem ob/
soniorum uarium referentium saporem. Quod si ita, ni
Lis. 1. de his equidem repugno, sed habeo Paulum Aeginetam
ciborum fa. luculentius rem docētem, sic enim ille: Summopere ue
ro uitanda est alimentorum uarietas, præcipue ubi con
trariæ fuerint eis facultates. Nam quæ sic ingerūtur, co
ctioni resistunt. Exempli causa scribit Auicenna, nō esse
I. Fen. 3. edendum lac cum rebus acetosis, nec pisces cum lacte,
possis enim à frequenti horum usu non immerito formi
dare morbū tibi accessus, lepram præcipue. Sed quod
dicit raphanum non esse comedendum cum pane siligi
neo, nec hunc etiam cum carnibus uolucrum, ne
scio quam rationem habeat, nisi quod se refert ad popu
los Indiæ, quorum sola uidetur experientia contentus
rem recitasse. Sed & lac cum uino copiose sæpiusque in
gestum, poslit fieri lepræ causa, narrante Aristotele in
Topicis opinor. Sunt enim contrariae effectionum, ui
num uelocis penetrationis, illud pigræ tardæque. Item
si uariæ sint substantiae cibi, ut pisces & carnes. Nocebit
& ob hāc rationē multis crassi zythi potus intermixtus
largiori potionī uinorū: iam ipsius coquendi uarius mo
dus obest quoq; ut si in eadem mensa multi sunt elixi,
frixi, & assi cibi, sæpius alterne ministrati liquidi aridiv
Li. 2. fer. que. Huius saporum condimentorumq; uarietatis inu
Saty. 2. tilitatem ipse quoque Horatius his uerbis denotauit:

At simul assis,

Miscueris elixa simul conchylia turdis
Dulcia se in bilem uertet stomachoque tumultu
Lenta feret pituita, uides ut pallidus omnis
Cœna desurgat dubia.

Marsilius Ficinus, & alius quidam studiosus tradendæ
diætæ ternarium ferculorum numerum tibi cōcedunt,
ægrè admissuri quaternarium. Necesse enim est malam
sequi concoctionem distributionemq; cibi ad multitu
dinem ferculorum. Nam sicuti uerbis Celsi est significa

tum auidius & copiosus assumuntur cibi sua uarietate irritantes, ex quo iā naturæ ad concoctionē perficiendā exhibet difficultas: & quia alius cibus alio facilis diffi-
ciliusue substantiæ uel qualitatis suæ natura permeat,
inæqualis & per hoc quoque tarda sit digestio, cibo qui
posterioris digerēdus fuerat sæpenumero corrupto. Sunt
tamen, ut uera fateamur, debilioribus & prostratam ap-
petentiam edendi habentibus cibi exhibēdi uarij ex sen-
tēria Celsi post Asclepiaden, & Aetij. Adiungit Aetius
optimum apparatum ciborum, qui que ultra dulcedinē
etiam illicere appetentiam irritareç possint, frumenta-
cei in primis generis, ac multi alimenti. Si tamen uires
ægrotō sint & cupiditas edēdi, nulla uarietate sollicitan-
dum putat ægrotum Celsus, Actius mensurā ciborum
obseruandam censet. Hic ad instaurationem uirium re-
spexit, cautior ille paulo digestioni nullam dari uult dif-
ficultatem iam melius ualituræ, si forte per abstinentiā
aliquam liceat. Quæ mala docuimus afferre uarietatem
ciborum, par ratio est, cur accident eadem quoque lon-
gius iusto cœnam protrahentibus. Namq; cruda imper-
fecte parumue coctis adjiciunt. Sed dices forsitan, quan-
tum igitur tu mihi spaciū temporis ad cœnandum p̄a-
scribis? Video Marſilium & alios tempus horæ largiri,
nec etiam probo nimium breuem cœnam celeritatēç
comedendi. Accipiendus enim cibus paulatim, non de-
glutiendus subito ac uniuersim more suum. Plinius dif-
ficulter perfici docet auide hausta quæque. Sed & satie-
tas edendi facilis capit homines auidius ac subito cibū
deuorantes, quam qui eosdem quietius edunt. Affin lib. 7 Sa-
git causam Macrobius. Quia multus aer infer̄ propter tur. c. 12
hiatum rictus & crebritatē respirandi. Aere igitur ue-
nas implente subitum sequitur fastidium à p̄a propera
satietate. Igitur circa modum mandendi, illud oportet
obseruare, ut cibus quam minutissime dentibus confici-
atur, utique, si difficilis concoctionis habebitur, magis

Cels. in 3

ca. 6

Lib. 9

ca. 20.

Lib. 11

ca. 53

DE RATIONE VICTVS SAL.

Llib. 9.
ca. 20

etiam si debilis appetentia est stomachi. Ait enim Aetius; Omnia autem, quæ exhibebuntur eiusmodi esse conuenit, ut facile deuorari possint, quæ enim multa comanducatione indigent, iniucunditatem quandam affuerunt, & appetentiam ciborum auertunt; & cibus ipse quævis imperfectam ac modicam omnino, aliquam tamen ut in suo genere æstimandam digestionem consequitur in ore ipso. Sic enī Galeno uisum. Nec in mandendi more tantum nos sedata quadam mensura utemur, sed bī bendī quoque, proderit & hoc ualetudini. Potio nanci raptim uniuersimq; facta uentre minus humectat & continuo uescicam adit. Potio autem exigua facile uincitur & concoquitur, ex quo diutius in uentre moram trahēs diutius humectare potest, haud aliter, quam pluviae aquæ confertim ruentes humum saltem ablueunt ac illico decurrunt: quæ uero sensim distillantur, ab humo imbibuntur multo melius, & ad prouentum è terra naſcentium plus faciunt. Ita quoque potio paulatim ingesta à poris corporis nostri accipitur, poris, inquam, ualorum omnium internorum. Annotauit etiam Celsus, potionibus subinde cibo intermixtis aliūm solui, contrarios esse effectus potionis exiguæ, sed adhibitè quum quis quantum cibi fuerit assumpturus, coepit. Causam licet non explicet, facilis tamen est inuentu, quoniam cibus permixtione potionis mollior factus facilius per membra deseruientia nutritioni peruehitur, præsertim quum cibum natura uel potestate siccum sumimus. Conuenit tamen plusculum spaciū interponere statim à comedione, priusquam bibas, id enim magis naturæ uidetur congruere. Nanque uerisimile non est eodem ac breui temporis momento infestari naturam effusione sitque simul, eo quod hæc irritetur à calore, illa stiruetur à frigore interno. Sed nec largior debet esse potus, qui cibis interponitur, alioquin impedit concoctionem, succedit enim simile quiddam, quale solet in-

Llib. 3 de
fac. natu.

Llib. 1.
ca. 3.

fundentibus nobis s̄epius aquam in lebetem feruentē,
 nam tum hebetabitur caloris uis in coquendo. Compa
 ratur enim cōcoctio ciborum elixationi à Galeno post
 Aristotelem. Excogitauit tribuitq; nobis natura liquo-
 rem potus tanquam uchiculum cibi, deinde ad firman-
 dum robur dedit: uinum autem potissimum concessit
 eadem ad sanguinis boni multiq; creationem, non au-
 tem ad inutilem uoluptatem & uirium extinctionem.
 Quia uero de cibi potusque permixtione commoda
 diximus, illud non est omittendum quod nonnullis ui-
 detur rectum, ut uinum subtile ualensque sumamus iu-
 xta cibum crassum, durum, ac frigidū natura, & ut rur-
 sus cibis calidioribus digestioniq; magis parentibus ui-
 num adiungamus debilius. Quæ ratio si stabit, ualentio
 re utemur uino iuxta carnē bouillā, q; pullo & gallinace
 o;: itemq; iuxta pīscēs, q; carnes animaliū terrestrium.

*Lib. 4. me
 teorolog.
 &cli. 3. de
 natu, fac.*

Cap. XXXIX. Quoties quandouc per diem su-
 mendus sit cibus.

SCIRE TE UOLUMUS CŒNAM ACCIPI à FESTO POMPEIO RE-
 LIQUISQ; PROBATIS AUTORIBUS PRO ACCUBATIONE AD MĒ
 SAM, SIEU UESPERTINA SIT EA, SIEU MERIDIANA. DIUERSUS
 OMNINO FUIT USUS PRISCÆ & OBSOLETAE UETUSTATIS, QUAM
 DEPRAUATI USUS NOSTRORUM TEMPORUM, UT CŒNAM DICE-
 RENT, QUAM NOSTRI PRANDIUM, UESPERNAM, QUAM HODIE
 CŒNAM UULGUS INTELLIGIT. NOS HÆC SALTEM ANNOTAUISSE
 SATIS HABENTES, CŒNÆ VOCABULO PROMISCUE UTENDI LIBER-
 TATEM NOBIS SUMIMUS, NECESSITATEM USURPANDI SERMONIS
 SEQUENTES. COENÆ TEMPUS IGITUR CERTUM STATUMQUE PRÆ-
 FINIENTES, UIX SCIO AN FACIANT EX USU UALETUDINIS. TUM
 QUIDEM CIBUS RECTE SUMITUR, QUUS APPETITUS LEGITIMUS
 ADEST EDENDI. SUMENDUS Igitur natura ipsum appetente,
 nec retardanda coena post multam esuriem: lōga enim
 inedia humores creat putridos & bilē auget. Idem quo-
 que facit sitis diuturna. Iuuat hic recensere quæ Plinius
 in hanc rem scribit, desumpta ex Timæo Platonis. Ait

*Lib. 22.
 natu, hist.
 ca. 24*

DE RATIONE VICTVS SAL.

enim in lassitudine prouiores nos esse ad iracundiam & in siti. Ergo & hæc animi asperitas seu potius animæ dulcē sucū hæc efūbī spūs possit cōuerborū sensus pa- ciere, nā possit cōfusionem rūm habent, hæc ille. Et sunt qui uelint canes & sues sta- rere, quām ob maciem & nutrimenti diminutionem: iti- demque gallinas ouis suis incubantes furere, quod mul- tam inter incubandum sustineat inediā. Omnia au-

Intelligas ciore succo mitigatur. Lenit transitum spiritus & mol- liores facit meatus, ne scindant euntē redeuntemque. Experiēntia in se cuique, nullius non ira luctus & tristi- tię. Omnis animi impetus cibo mollitur, ideo obseruan- da sunt quæ non solum corporum medicinā, sed & mo- rum habent, hæc ille. Et sunt qui uelint canes & sues sta- rere, quām ob maciem & nutrimenti diminutionem: iti- demque gallinas ouis suis incubantes furere, quod mul- tam inter incubandum sustineat inediā. Omnia au-

Lib. 10. methodi medendi.

Li. 12. de mor. cur.

tem maxime lœdūtur inedia, censore Baleno, quotquot corpora calidi sunt & siccii temperamenti, siue ea talia sint ex prima origine, siue ex uitio & immodico labore, & animi perturbationibus & regione, & coeli statu. Sunt ta- men corpora crudo succo abundantia inediæ toleran- tiora: senes autem quāuis iejunium diu ferant, metu ta- men syncopis sæpius sunt reficiendi, maxime qui extre-

Hipp. Aph. 13. lib. 1

In cōmē. super 13. Apho.

Hip. li. 1.

ma attingūt senectutem. Contingit enim ipsiſ, ut per exempli similitudinem probat Galenus, quale lucernis pene extinctis accidit, quæ continuam exigunt olei suffi- fectionem, multam autem & subitariam simul neque- tūt sustinere. Et in com. super Aphorismum sequētem, comparat calorem senū igni modico, cui si superiōrias magnam struem lignorum, periculum sit, ne ignis suffo- cetur. Tutius enim erit, inquit, imbecillo seni exiguum dare ter die: causa tamen syncopis effugiendæ sæpius ci- bo reficiuntur. Semel etiam cibandi morem interdiu u

Aph. 13. lib. 1

Li. 3. de rati. uit.

Lib. 1:

deo à plerisq; olim obseruatū, per hyemem maxime. Hippocrates tamen siccum habentibus uentrem indul- get prandium, nec id tamē copiosum, idem etiam siccū sine carne, sine potionē sumendum monet Celsius. Atta- men stomacho non admodum ualenti existentibus bis concedit cibum per diem, sed qui facile cōcoqui possit.

GVIEL. INS V: MENAP. LVII.

Hipp. docet semel cibū per diē assumptū maciē afferre, siccare, uentrem sistere. Et alibi ostendit imbecillitatem accidere semel per diem cibo refectis, & in urinæ reiectione difficultatem ardoremq; sentiri, maxime si id præter consuetudinē fiat. Os item ipsis falsum uel amarum fieri, tremorem membris aduenire, nec ita posse ipsos cibum acceptum concoquere, quām si fuissent bis cibati. Quanquam hic, sicuti alibi quoq; plurimum momentū repono in consuetudine ab ineunte ætate suscepta per omnemq; uitam continuata. Sed dubitatur à multis coena ne largior esse prandio debeat, an contra. Tractauit hoc argumentum singulari libello Odus Patauinus uir eruditio[n]e celebris, ac tādem eo euadit, ut uelit coenam esse copiosiorem prandio debere. Rationes autem plures affert efficaces: earum duæ sunt probabiles, prima, quod dupla propemodum temporis pars inter coenā pridianam ac prandium sequentis diei intercedit, quam inter prādium & coenam eiusdem diei, ex quo fit, ut facile intelligamus naturam magis sufficere concoctioni, sumpto uidelicet satis amplo spatio temporis. Altera ratio affertur, quod quum à coena plerunque cubitum eamus, poterit & ipse somnus conferre ad concoctionē meliorem. Sed quod ille omisit, profuturum uidelicet ad tutiorem conseruationem sanitatis, id me nō pigebit te commonefacere, ut ne quis dormiat statim à coena, sed molliter deambulet, & circiter spaciū horæ uigilet, alioquin metuere sibi poterit à futura postridie de stillatione capitis. Adhibet etiā Odus exceptiones quasdam: Prima earum est consuetudinis diuersi, à qua si uelimus abducere senes præsertim aut ualetudinarios, metus erit, ne plus offendamus, quām prosimus. Tantaque est consuetudinis uis, ut utroq; uelit periclitari Celsus, & eos qui semel, & qui bis contra consuetudinem per diem cibantur. Eximuntur etiam ab Odo Patauino qui noctu sunt laboraturi uel peregrinaturi. Nam i; com

Lib. I.

P

DE RATIONE VICTVS SAL.

modis digestionis, quæ à somno & quiete sunt, coguntur carere. Terciū sunt, qui ex oculis laborant, maxime si cibis utantur difficilis digestionis. Tuin enim necesse erit multos vapores ad caput transmitti & ad nervos opticos. Est & sympathia quædam oculorum & stomachi de qua diximus alias in opere nostro: quare fuerit inutilis repetere eadem. Ego certe quid in hanc rem statuam, uix inuenio, sed si qui bono sunt temperamento, & labores fortes per diem subire consueti, hisdem ego suarim largius prandendum. Nanque natura toruندem & digestioni ciborum, & excernendo humoris abundanti satis ualeat, si tamen idem salubriter agere uitam uolent, labori parcet statim à prandio. Nam uacuæ uenæ,

Lib. 1. de facul. ali. inquit Galenus, nō tantū semicostum succū, uero etiam omnino rudem & incoctum uentriculo nonnunquam præripiunt, quum à cibo statim laboratur. Qua de causa grauissimis quoque morbis tandem corripiuntur, ratióne ad iustum perueniunt senectutem. At hæc uul-

Operas agrestes **hic intelli** git autor roque ad iustum perueniunt senectutem. At hæc uul- gus ignorans beatos illos de corporis robore prædicat. Et paulo post: Enim uero & graues altique somni qui defatigatos arctius solent complecti, quum concoctionem ipsam mirifice iuuent, multum afferunt momentane à prauis edulij dampnum accipiatur, & de hoc etiam superius diximus. Certe mea sententia biliosi omnes & graciles copiosius coenabunt, faciet hoc ad implendum corpus, & ad somni conciliationem, dummodo cibus sit humidus nec difficilis concoctionis: pituitosis tamen & mulieribus cibum omnem & coenam præcipue sua-

Hippo. **Aph. 16.** serim sicciorē, tum uero etiam parciorē, alioquin plurimum colligent excrementorum, & mane distillationibus corripiuntur. Pueris autem ob humoris abundantiam suaderemus cibum sicciorē, sed hoc pacto sup Polybū Galei impeditur incrementum ipsorum, si uera narrat Gale Lib. 3. de nus. Senes prouectioris ætatis moderate calidis & hau- cau. sym. midis perpetuo souebimus. Audistirationes, quæ na-

hi in hanc sententiam de largiore parcioere cibi partione videbantur dicendæ, quibus plura interferere poteram: sed partim intelligo parendum prolixitatem mixæ, partim fateor me imparem multo tantæ controversiae dirimendæ. Itaque penes doctiores ius & arbitrium huius litis discutiendæ tollendæque esto. Nos multum contulisse ad rem nobis uidemur, si per transennam (ut dici solet) tam inexplicitas controversias monstraverimus, diligentior qui forte erit, otium sibi paret scriptores quoisque consulendi, aut sibi met sit consultor, si modo sibi doctrina & iudicio uidetur ualere.

Cap. XL. Generales quædam ciborum obseruationes.

S Tomachum habentes calidum natura teste Galeno, melius cibos concoquunt, quam appetunt, multo magis quæ dura sunt, & non facile transmutationi obediunt. Nam facile transmutabilia in ipso corrumpuntur, gaudetq; stomachus eiusmodi calidis cibis & potionibus, nec à frigidis ullam percipit noxam, si modice ipsis utatur: quæ ratio est quare stomachus cholericus melius concoquit bubula carnē, & pisces saxatiles. Profert causam Macrobius uim nimiam caloris, quæ si idem neam materiam suscipit, cū ea libere cogreditur, & cito eam in concertatione consumit, leuem modo præterit ut latentem, modo in cinerem potius, & in succum uertit, ut ingentia robora in carbonum frustra lucentia que uertuntur, paleq; si in ignem inciderint, nihil ex eis restat nisi cinerem uidere. Sumpto igit; argumento à contraria ratione concludit frigidū habētibus natura stomachū abstinentiū esse ab esu multo ciborum natura & potestate frigidorum, ceu carnis bubulae, suillæ, pisciū, casei, holæ, mollium: parcusque edendum. Nam et si frigoris natura est elicere appetitiam edendi, unde sit, ut accolæ maris & fluviorum edaciores fere reliquis habeantur, tamen quia stomachus debilis est, difficultatem concoctionis parcitate cibi facile iuuabimus. Cæterum

In arte
medic.
ca. 624

t. de fae,
alimen.

In 7. Sat.
ca. 5

DE RATIONE VICTVS SAL.

habentes stomachum mala temperatura affectum con-
traria non similia appetunt, quemadmodum naturales.
Cap. XL. Quomodo apparandus sit cibus, & in
eam sententiam quædā obseruatione digna.

Clborum apparatus & supellex omnis munda nitid
atq; esto, & si fieri possit in suctili vase coquito ci-
bū. In antiquis enim caldarijs p̄tinisq; cocta ni-
dorem quendam acquirunt, nec parem saporis gratiam
habent cum his, quæ in samis sunt aut alias nouis de-
cocta uasis. Utq; si alio stricta eris, ne coquito cibū
in ferreis uasis, inesse enim ferro astringendi vim tradūt.
Aetius li.
2. ca. 93. Linteolum, catinus, quadra, urceus, cultellus mundus,
In quā se tenet, facit Gale, in com. sup Apho.
28 lib. 2 nitidus, politusq; esto. Ita quidem inuitabitur appeten-
tia, roborabiturq; uis digerēdi. Nescio enim quomodo
nostræ naturæ familiaris & amica est munditas: eoque
magis inuisa spurcitia, quo sanguis ipse purior subtilis
orque fuerit. Immunditiam contra uidemur ab ipsis in-
cunabulis horrere, suadēte iam tum natura, quod non
dum ualet ratio. In cuius confirmationem libeat histo-
1. de fani. riam accipere Galeni his quidem uerbis enarratā. Ego
quænda. puello quodam totum diem irato ploranteq; ac immo-
dicē se inordinateq; iactante, nutrice ipsa omnis consilij
inope deprehendi quod offendit. Quippe ut neq; papilla
in os immissa, neque à nutrice prolatus, si forte meie-
re aut alium exonerare ueller, lenitus est, sed nec quum
ab ulnarum agitatu reclinari coepit, aduerti autem tum
lectū, tum inuolucra, tum uestes ipsas sordidiores: Præ-
terea puellum ipsum immundum atq; illotum lauare
detergereque iussi, tum lectulū mutare ac uestem omnē
tersam mundamque præbere, quibus peractis, protinus
ab immodico agitatu conquieuit, illicoq; dormiuit, non
sauissimum modo, uerum etiam lōgissimum somnū.
Et hactenus quidem de cibo & potu: proximum est, ut
de somno & uigilia dicamus.

Cap. XLII. De somno & uigilia.

Somnum & uigiliam, si bene partiamur, Galenus credit admodum ualentem uires habere somnum. Li 12. de mor. cur. uidelicet cibum concoquendi, uigilias digerendi, utrumque horum necessarium abundantibus crudo suc co. Paulus Aegineta paulo luculentius: Somnus, inquit, facultatis animalis requies est utili quadam humiditate ca. 97 lib. 1, cerebrum madefaciens: eo si recte utamur, multa ipse præstat commoda. Cibum enim elaborat, humores excoquit, dolorem lenit, lassitudinem solatur, interna laxat, animi uero ægrit uidentes obliterat, rationem uitiatā corrigit. Cæterum optimus somnus est nocturnus, quoniam nox naturali humiditate silentioq; somnum accersens absolutam molitur concoctionem. Post eum quoque plurima parte ad excretionem recrementorum instigamur. Tempus autem somni definitur perfecta ciborum cōcoctione. Secundum somnum igitur talem, uigilia non inutilis, ut quæ recrementorum ex concoctione deiectionē moliaſt. Aristoteles ipse putauit pertinere uigilias matutinas & ad salubritatē, & ad acumen nomicis ingenij somno nocturno legitime peracto. Et Cornelius Celsus bene cōsulturus ijs qui imbecilli sunt stomacho, ca. 2. quorum de numero magna pars urbanorum omnesq; pene cupidi literarum sunt. Ex his igitur, inquit, qui bene concoxit, mane tuto surget: qui parum, quiescere debet, et si mane surgendi necessitas fuerit, redormire. Qui non concoxit, ex toto conquiescere, neq; labori se, neq; exercitationi, neq; negotio ulli credere. Sed enim habet somnus quoque utilitates desiccata calore corpora quodammodo irrorandi, eoq; utilis admodum, si à siti nocturna statim dormiamus, siue ea sit à bilis flave uitio stomachum & præcordia infestantis, siue à uini potatione nimia utilis & ob hanc rationem senibus, iuuat etiam somnus concoctionē labore aliquo fatigatorum. Nam graues altique somni, ait Galenus, qui desatigatos arctius solent complecti, quum concoctionem ipsam mirificant.

Hippo.

Apho.

27.par.5

Et ibidē

in comēt.

Gale.

1. de sac.

aliment.

DE RATIONE VICTVS SAL.

ce iuuent, multum afferunt mometi, ne à prauis edulij
damnum accipiatur. Quippe si eiusmodi plures noctes
ex ordine perugilare cogas, illico morbum incurrent.

Lib. 4. de fani, tuer. Illis igitur unicum hoc ad prauos cibos peruincedum
datum est. Idem quoq; censet utilem somnum à balneo
suaui, si cum otio & abstinentia aliqua iungatur. Nihil
enim, ait, rerum omnium est, quod melius cōcoquat,
qua quidem concoqui possint, & quod melius malos
succos digerat, quām somnus à balneo, modo ne quid
maioris momenti obsteat. Et paulo post: Adeo tibi so-
mnus & causa & signum percommode speratae uti-
litatis sit, uelut è diuerso non posse à balneo dormire
Lib. 11. nec causa nec signum est commodum. Implet etim so-
ca, penul. mnus, & corpulentos nos facit teste Plinio. Vnde exiit
Martialis illud in distichis de glire:

Tota mihi dormitur hyems & pinguorillo

Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Apho. 3. Sed si modum excedat somnus itidemq; uigilia, insalut-
Hipp. par. bres habebuntur: haec uel à calida & sicca est intempe-
2 rie plērunque, uel ab humoris biliosi abundantia, il-
Lib. 3. de locis affe. le ab intemperie frigida & humida, uel frigidū humo-
ris abundantia, uel Venere nimia. Annotauit etiam
Aulus Gellius ex M. Varrou & alijs proceritatem im-
Lib. 4. pediri puerorum somno nimio & hebetiores quoque
ca. 19 fieri ingenij.

Cap. XLIII. De temporibus somni & uigiliae.

Li. 2. p̄di Etterdiu uigilādūm inquit Hippocrates noctu dor-
ctio, ca. 2 miendum est, si contra commutetur, pessimum est.
Minime uero offendit, si quis dormiat prima luce ad
tertiam diei partem, qui uero ab hoc tempore somnus
est, deterrius est. Omnia uero maxime somno absti-
nendum, nondum prima digestione perfecta, alioquin
& concoctio impeditur, & calor naturalis insigniter
hebetabitur. Sed si tamen perugilio nocturno matut-

noue quis offensus fuit, licebit acceptā iniuriam somno
instaurare quacūq; diei hora. Quamuis autem somnus
hic sit illaudatus, meminisse tamen oportebit, ut alibi
per omnem uitam, ita hic quoque uersus illius Ouidi
ani:

Quod caret alterna requie durabile non est,

In amori.

Hæc reparati uires, fessaq; membra nouat.

Sit tamen fieri possit, statim à cibi refectione cohercet
tur somnus ad spaciū horæ aut eo amplius, donec subsi-
dit cibus. Nihil autem aliud somnus est, quam requies
sicuti diximus, facultatis animalis præcipuae. Eo que
inter signa ualitudinis affectæ habetur, si uis animæ ra-
tionalis in somno uigeat laboreq;. Nocumentum autē
somni cibum statim sequentis affertur à Gale. quod ca-
put malis humoribus vaporibusq; impletat. Et subiungit,
quod somni ipsi semper nocerent, quatenus ad pro-

In comed.
sup Aph.
67. part.

fundum & viscera materia fluit, nisi concoquendi ui sua
plus afferrent utilitatis, quam sit damnum, quod ex mo-
tu ad interiora consequitur. Non solum autem in cere-
bro ipso mali humores aceruati tales afferunt casus, sed
& in ipso ore uentriculi. Quare & in somnis magis cuia-
porant, quum incoeti permaneant, sicuti coctiones uti-
les somnos inducunt. Sed & sequi tardam concoctionem
dicta à somno breuiore Galenus docuit, eoq;
parcius comedendum monet post somnum iusto bre-
uiorem. Debet autem hyeme quam æstate somnus esse
longior, id nanq; temporis ipsius ratio postulat, nanq;
noctes tum sunt longissimæ. Tum uero etiam corporum
natura id exigit. Nanque tum sumus edaciores, maiore
igitur opus concoctione: expergesfacti à somno ne sta-
tim obuio frigori nos committamus, si astrictione alii tis-
memus. Addensat em & astringit frigus calori superue-
niens, cubare nō recto, sed molliter inflexo corpore debe-
mus. Hac em decubitus figura fit, ut mēbia laxent & si-
nuentur, id qd ad augmentū caloris & transpirationem

Lib. 3. de
cau. sym.

DE RATIONE VICTVS SAL.

ac distributionem faciliorem alimentorum plurimi arbitrantur pertinere, puluino altiori molliorique nitetur caput, molle cubile erit. Durus cubile astringit Celso &

Cels. in 1: Polybo autoribus: addit Polybus impediri corporum & alter in incrementum duro cubili. Supini decubitus oculis conli. de rati. ducunt, sunt etiam causa Veneri. Auicenna putauit eos uict. priu.

Pli. i 28. ca. 4. etiā dare causam apoplexiæ & phrenitidi. Credidit etiā incubitum in uentrem calorem confortare naturalem,

1. Fen. 3 Loco ita tim citat, Plinius hāc insuper decubitus formam tuſſi uexatis uitium prodidit. Addit etiam Plinius, decubitum, qui fiat in latera prodesse aduersus destillationes, & autorem affect Theophrastum, celerius concoqui cibos dextri lateris incubituſſi, difficultius in supinis. Aliqui docēt somnum esse inchoandū decubituſſi lateris, dextri, cōtinuandum. Observatum etiā est accidere somnia terrifica incubantibus in ſinistrum latus ob compressionem cor diſ.

Cap. XLIII. Quibus modis somnum accersamus.

Ecli. 5 **C**Orporis labor & securitas animorum somnum tibi facere poterunt suauorem longioremque, id quod nec Solomonem latuit, quando dixit: Dulcis somnus serui laborantis ſive parum comedat, ſive multum, erit & locus ipſe, ubi decubueris & ſtate modice frigidus, alias inter calorem & frigus medio erit temperamentum, uideamus etiam ne humore proprio pituitam accumulet locus. Erit quoque cubiculum tenebrosum aut ita saltē, ne lumē ſolis lunae uibret in oculos. Profuerit quoque ſi frigidus aqua potio ſomnos antecedat, cuius loco poſtremo zythū porrigo n̄s, qui difficulter a quam ferunt, lactucam ſomno conciliando mirū in modum ualere in confesso apud omnes eſt. Ait enim de ſe Lib. 2. de fac. alim. Galenus, in iuuentute, quoniam affiduo ſe uentriculi bile effervescebat, & ſtus moderandi gratia lactucas elatabam. Quum autem ad prouectam & etatem uenifsem, olus hoc contrā, quam id iuuentute ſomnum iam acer-

Sendo mihi auxilio fuit, & uinum quoq; moderate sum
 ptum somnum faciet & suauorem & salubriorē. Quod
 si quæ res animi in causa est, cur peruigilijs quis moleste
 tur. Tum que madmodū docet Aegineta, id quod ani- Lib. 1.
 mum grauat, protinus amputabimus, quatenus quidē
 licet. Deinde suavis soni auditu mens ab inquietudine
 omni reuocabitur, id quod nonnulli leni aquæ murmu- ca. 98.
 re conantur. Qui enim sic permulcētur somno facile ca-
 piuntur: sed intellexit Aegineta susurros saltem fluuios/
 rum, non sonos labentium ex alto aquarum. Quod si
 quis tam uehementes sonos auribus frequenter capter,
 facile in surditatē aurium incidat, autor est Plinius cer-
 tos Aegypti populos accolas cataractarum Nili plane
 surdos fieri ob uicinitatem ruentium præcipitantiumq;
 sese aquarum. Succedit quoq; somnus celerius, si aliquē
 audiamus prolixius recitantem acri uastaque uoce. Rati-
 onem deputo quod ex illa reuerberatione & appulsiu-
 soni robustioris in cerebro obtusio & cœu stupor quidā
 lenis oriatur, quem comitata tædiū lassitudo quietem
 somni quasi necessitate quadam imperat. Postremo pa-
 catus dormire cupiens, super coenam abstineat à diffici-
 libus & subtilibus disputationibus, nā facile fieri queat,
 ut noctu ad mētem imago specierum conceptarum re-
 currat ē somnoq; excitet dormientem. Et abstinebit etiā
 placidum longumque somnum querens à cibis multi
 nutrimenti difficilisque concoctionis, quare piscium
 esum magis suadet Aegineta, quam carnis, dummodo Lib. 1.
 prompte concoqui possint: in esu carnium magis lauda- ca. 98.
 uerim aues monticolas & inter domesticas pullum gal-
 linaceum mediæ ætatis. Summa cibus facilis erit conco-
 ctionis & boni chymi & nō nimij caloris fuscitatisque
 particeps, quisquis somno suscitando aptus habebitur.
 Tempus autem somni legitimū definiri à peritis uideo
 octo horarum spacio, si modo satis longus esse somnus
 debeat: quod tamen generatim dixisse sufficiat, poterit

DE RATIONE VICTVS SAL.

septem ac fortasse sex horarum tempus somni necessita
ti naturæ satisfacere.

Cap. XLV. De inanitione & repletione.

Frequens est inanitionis nomē in ore medicorum,
quum ægre apud Ciceronem reperias, sed tamen
semel me reperisse puto. Plinius auunculus nomē
inanitionis non fastiduit, sed crebro est usus. Quo uero
minus multa de inanitione repletione dicamus faciūt,
quæ superius diximus de exercitatione, cibo, potu, so-
mno & uigilia: qui enim hæc omnia legerit, facile admo-
nebitur, quæ corpus impleant exinaniantue. Repletio-
nis igitur nomē si eo referamus, ut corpus ipsum succo
sanguine, carne sufficienti constet, sicuti debemus: sa-
tis est superius intellectum, quæ eo pertineant: quæ ta-
men in unam quandam summam congesit Cornelius
Cellus, implet autem, inquit, corpus modica exercitatio,
frequentior quies, uancio: & si post prādium balneū est,
contracta alius, modicum frigus hyeme, somnus & ple-
nus & non nimis longus, molle cubile, animi securitas,
assumpta per cibos & potionēs maxime dulcia & pin-
guia, cibus & frequentior & quantus plenissimus po-
test concoqui. Reste, inquit, quantus concoqui potest.
Nam si quis nimis copiose cibare uoluerit puerum, im-
pediet uoracitas incrementum ob causam à Galeno in
Crisibus suis expressam, quoniā uentriculus duabus
rebus simul perficiendis nequit satis esse, ut par sit augen-
do alendoque corpori. Attigit hoc etiam in noctib. At-
ticis Air. Gel. Præterea si quis corporibus crassis, plenis,
parum exercitatis cibum copiosum frequenter porrigit,
periculo syncopis reddat obnoxium, itidemq; nocebit,
qui corpori impuris referto humoribus multū exhibue-
rit cibum, adueniens enim alimentum non ualens à cor-
pore concoqui perficiq;. Simul corrūpetur contagione
infectum malorū humorū ex sentētia Hippo. Et quam-
uis conueniat à satietate sequi inediam, non tamen erit

Lib. I.
Crisium.

Lib. 4:
ca. 19

Aphoris.
lib. 2

inedia tanta, qua uires corporis periclitentur, ut inediæ
 nomine parcitatem intelligas nutrimenti, non diuturnā
 admodū abstinentiam. Vnde Gale. irridet quorundam
 sophistar̄ morem qui ad quālibet affectionem plethori
 cam iniungebāt abstinentiā triduanā proſus omnīs nu
 trimenti. Et eodem narrante Hippo. magnū ſemper stu
 dium habuit conſeruādi forte & uegetā facultatē natu
 ralē, quod intelligeret, hac ſibi male conſtantē, facultatē
 animalē quoq; debilitari deſcīt̄. Cæter̄ in com. ſuper
 Polybum Gale. narrat cōſueuifſe ſibi quosdā hoīes in
 dicere integrā diei unius inediām per ſingulos menses,
 idque uacuandi gratia, nec tamen ipſe improbat morē,
 quod ſi quid inibi mali latere deprehendifſet, profecto
 redarguifſet. Habet tamē hos effectus longa omnis ine
 dia, ut fastidia creet ſtomachi, eundemq; laedat, uires la
 befactet & malum ſuccū adaugeat. Vtraq; igitur ē ratio
 ne adhibeat & repletio & inanicio; nam ingluuies ab
 omnībus partibus eſt illaūdata, peior cibi, quam potio
 nis, pellima cibi, & potionis coniunctim, autor Auicen.
 Sed laudamus uinoꝝ uim & bonitatē. Magna hæc pro
 fecto eſt, ſi moderatus fuerit uini uſus: contrarios habet
 effectus uini immoderatus uſus. Super quo audiamus
 comparationē Galeni, nec uinū ait, æque ſemper hoīem
 calefacit, ut nec oleū ſemper flaminā accendit. Tameſi
 aptiſſimū eſt ignis nutrimentū, imo ſi imbecillæ & exi
 guæ flāmē cōfertim multū oleū infundas, ſuffocabis eā,
 proſuſiq; extingues potius, q; augebis. Sic igitur & uinū
 ubi plus bibitur, q; ut uinci poſſit, tantū abeft, ut hoīem
 calefaciat, ut etiā frigiora uitia gignat. Quippe apople
 xia, & quæ Græci caros & commata uocant & neruorū
 resolutio, & comitiales conuulfiones, & tetani immodi
 ci uini potum comitātur. Quorum unūquodq; frigidū
 eſt uitū: qbus ego adiūgo haud ignorata Gale. nēpe tre
 morē ac ſtupore mēbroꝝ & obliuionē memoriae tardiv
 tateq; mētis; q; & ipſa q; ſunt à frigore. Repletionē igit̄

DE RATIONE VICTVS SALVB

intelligimus eas, quæ secundum naturam sit, sicuti
rursus inanitionem quoq;. Conuenit autem inanitione
quoq; variatis uicibus adhibere sublato corpore uideli
cet in molem ac pinguedinem iusto maiorem. Extenu
ant corpus Celso autore aqua calida si quis in eam de
scendat, in ieuno balneum, inurens sol & omnis calor,
cura, uigilia. Somnus nimium uel breuis uel longus, le
etus per æstatē terra, hyeme durum cubile, cursus, mul
ta ambulatio, omnisq; uehemens exercitatio, uomitus,
deiectio, acidæ res & austerae, & semel die assumptæ epu
lae & uini non perfrigi potio ieuno in cōsuetudinem
adducta. Sin uero etiā inanitionis nomine uolumus ex
cretionem intelligere omnium recremētorum naturæ.
Tum quidem eo conferemus uacuationem per omnes
corporis partes ac quocunq; factam modo. Igitur mane
expergiscientibus ē somno nobis statim frigida lauabi
mus manus & faciē, oculos quoq; ne sordidū adhærentiū
acumine rodantur & inficiant̄, deinde molliter inambu
labimus, ut quicquid est excrementorum delabatur &
calore naturali excitato melius succedat excretio qua
rumcunque redundantiarum. Mundandi etiam dentes
ne quid illic inhærescens putidæ materiæ ipsos uiciet ac
ingratum de se reddat odorem, simul etiam, ne lensor
eiusmodi cibis sese immisceat, ac trajectus una forte ad
stomachum reliqui aliquid faciat ad corruptionem ini
bi contentorum. Deinde fricandum comedendumque pe
tine caput idq; saepiuscule, ut per meatus capitisi poro
rum ipsi uapores difflentur abeantq;, alius & urina red
denda, screatione quoq; utendum & interdū sternutati
one quoq;, quæ fere solet euocari capite ad solem obie
cto, licet alij quoque modis alij eam moliantur. Memi
nisque oportebit tanto uidelicet naturam euadere for
tiorem ad excernēdum quicquid in nobis est redundant
is materiæ, quanto plus sese expedierit exoneraueritq;
antea, frequenter ergo adhibendus excretionis conatus

uel non multum stimulante natura. Sed tamen quo minus naturæ ad excretionem proritanti est obnitendum ita nec conatus est ualentissimus adhibendus, maxime circa pulmonē saucijs, uel alio dura laborantibus. Conuenier tamen paulo sèpius urinæ secretionem querere, ut modo subitaria necessitas nos nō urgeat, nam secum trahere urina consueuit renum & uelicæ excrementa meatus ureteros sèpenumero obsidètes, cuiusmodis inter illa calculi, arenæ, grumi, petaloïdes, & quod capillitium solent uocare. Iam uero si sub monitionis nomine Venerem, uomitionem, & crapulæ extinctionem uolemus comprehendere, habemus quæ in hâc sententiam quoq; afferamus. De Venere certe parcus loquendum video, ne irritamenta præbeam peccati exercendi & somnî ministrâ libidinis. Quocirca moneo eos, partim qui Veneris usu releuantur, partim qui abstinentia ipsius lœduntur, ut id genus uite ineat, in quo quum sicut, citra peccatum dare operam possint creandæ soboli. Quod sane in totum dixerim, multis Veneris usus est noxius. Ratione proposita ab Aristotele quod copiosius reiectum sperma desiccat corpus & frigefaciat, calore autem resoluto desiccatoq; humore naturali cito aduenit senectus. Quam etiam causam affert, quare muli uita longior sit, quam equi aut asini, & passeris foemeli sexus, quam masculi. Quin addit uel modica spermatitis fusione corpus ipsum rarefieri & spiritus dissolui. Putauit Auicenna magis obesse, si modicum quid spermatitis fluat per concubitum supra quam natura toleret, q; si quadragies plus sanguinis promanauerit. Sed et obseruatum est multam Venerem ignavos & timidos efficer. eoque meretrices ferè meticulosas reperiiri. Igitur putolenones sibi ipsas asciscere, nō magis quæstus, quam tutelæ ac præsidij causa. Lædit quoq; iuuentutem Venus tempestiue nimis inchoata : super quo non pîgeat Lib. 7^a uerba percipere Aristotelis in suis politicis, ubi docet politici

In li. de 15
gitudi. &
breui, uit.

In 1. de
gene. ani.

DE RATIONE VICTVS SALVB.

coniungendos mares cum foeminiis tempore idoneo ad procreādam soholem. Sunt namque iuueniles partus im/ perfecti, inquit, & foeminæ frequentius quām mares iti/ demque parua statura homines procreātur. Quocirca ne/ cesse est iam adultos non ad iustam aliquam magnitudi/ nem peruenire. Huius autem coniectura fuerit, quod in quibuscumque ciuitatibus consuetudo est adulescentes masculum & puellam coniugare, in eisdem inutilia ac pu/ filla hominum corpora existunt, in partu quoque magis laborant puellæ pereuntque plures. Ex quo respon/ sum oraculi Træcenij datum quidam existimant ob/ istam causam quasi multis pereuntibus propter imma/ turitatem noptiarum, non propter fructuum collecti/ onem. Ad continentiam quoque utile est nuptias fieri seriores. Videntur enim futuræ intemperantiores puel/ lae statim Veneri assuescentes, ac masculorum corpori/ bus impedimentum accidit incrementi, si augesciente semine consuetudinem ineant concumbendi; quapro/ pter puellas quidē circa ætatem decē & octo annorum nu/ ptui tradere congruit. Masculus autem circa ætatem sex & tringinta annorum. In hoc enim tempore & uigen/ tibus corporibus coniungentur, & procedente tempo/ re simul desinent apte procreare posse. Paulo diuersius Plato in legibus suis, nam illic rectum ipsi uidetur, ut masculus uxorem ducat à tricelimo ætatis anno ad tri/ cesimum quintum, id quoque nisi faciat pecunia & de/ decore multandum censet, ne solitariam uitam lucro/ & uolupeati sibi fore uelit. In republica autem sua ei/ dem uidetur congruere, ut mulier à uigesimo anno inci/ piens usque ad quadragesimum pariat. Et in priorem sententiam ait: Vir autem postquam acutissimum cur/ sus sui uigorem transferit, annos uidelicet triginta, inde/ usque ad annos quinque & quinquaginta procreet, quod in ijs ætatis uigor animi corporisque cōsistat. Et hactenus quidem Plato ut in sua illa quidem exqui-

Tēpus de
finitnupti
arū incho
andarum

Lib.4. de
legibus

litissima republica robustos & firmos haberet homines. Aristoteles autem, ut ubique tales inueniret. Ego sane, si quid meum ualeat iudicium, mitiore quadam sententia nuptias indulgeo à tertio uitæ septenario. Nam quū eousque corpus in longitudinem creuerit ac deinceps in crassitudinem propagetur, satis apparet à refusione serminis paulo tempestiuus facta & incrementum impedi & uires debilitari. Quia uero deinceps & spiritus & caloris copia uigent ipsius u & necessitate naturæ ad excretionem seminis extimulatur. Et Cornelius Tacitus sero inchoatam Venerem laudi tribuit populis Germaniæ: Sera iuuenum Venus, inquit, eoque inexhausta puberes nec uirgines festinantur, eadem iuuenta, similis proceritas, pares ualidæque miscentur ac robora parentum liberi referunt. Ex quo constat desinente pubertate Germanos olim connubia sua miscuisse. Certe præproperam Venerem esse præter naturam uel ex eo manifestatur, quod illico primæ illius ætatis flos & gratia pereant, & ex adolescentibus subito uiri effecti uideantur, unde Mattialis:

In lib. de
populiser
moribus
Germanis

Lib. II.
Epigrā.

Inde tragus celeresq; pili mirandaq; matri

Barba, nec in clara balnea luce placent.

Postremo scias semper habitam Venerem sanis corporibus sanam ut ægris ægram: pituitosis tamē naturis magis commodam. Obest acumini oculorum Venus multa sententia Aristotelis in problematis quod humoribus deorsum ductis superiora necessario desiccetur, modo retundi aciem oculorum à rebus desificantibus superius est ostensum.

Proble.
Sectio. 43

Cap. XLVI. De remedijs crapulae.

Non debebat quidem siue ebrietas siue crapula refiri ad repletionem, uti passim à medicis repletio intelligitur, sicuti nec crapulae remedia ad inanitionem, dummodo repletio & inanitione inter sex res non naturales recenseantur: quin fieri possit,

Q. iiiij

DE RATIONE VICTVS SAL.

ac fortasse frequenter sit ut qui in media degunt in glori/
uie, minus recte copioseque impleantur. Sed uindicabit
me à culpa omni, primum ignoratiæ deprecatio. Dein/
de nominis quædam similitudo, qua admoniti putau/
mus posse apte hic inseri tractationem ebrietatis. Non
enim putamus quenquam futurum tam morosum, qui
nos ad superstitionem ordinis ubiq; seruādi uelit astrin/
gere, aut si illic peccatum aliquod forte nostrum est, stu/
dium iuuandæ promouendæque salubritatis depellen/
dique morbi ac doloris facile redimet quodcunq; ab ea
parte crimen fuerit. Sane unus omnium Auicenna in
ebrietate quaque menstrua utilitatem aliquam inuenit.
Ebrietatē exponūt diligētores interpres, id est, iusto
pleniorē uictū, q; uinū liberalius quādog; sumptū ad/
uocet ad se humores quoque frigidos & crassos d'or/
sumque faciat. Attamen hæc nō uera est ebrietas, sed
plenior liberaliorq; uictus; de quo commodius dicemus
quum incidet sermo de affect, animo. Si igitur largius
conuiuandi quandoque incidet necessitas, sic ut metue/
re possis, ne ui & copia uini obruaris, præcedat abstinen/
tia pridiana, multum sane ualebit interuallū illud absti/
nentia, non eo quidē ut firmior instructioñq; uenias ad
~~ποσιμαχιαν~~ Cnanc; illuc nostra mens non refertur, ut hoc
uelimus, sed ut ea quasi interspiratione minus offendan/
ris prolixitate conuiuorum & largitate epularum. Da/
bimus autem similitudinem, quam in alio tamen argu/
mento scimus usurpatā ab Oribasio Sardiano, ut si quis
confiscere debeat equitatione spaciū centum miliariū
diebus duobus cōtinue, profecto ille effatigauerit equū,
si in uero interuallo diei unius ad quietē interposito res/
duam partem itineris dimidiām absoluuerit tertio die,
profecto ualidiorem habebit equum ad cursum & ma/
iore commoditate suum iter peraget. Sciendum autem
differentiam esse inter ebrietatem & crapulam, ab Ari/
stote, quoq; explicatam. Crapula enim est continuata

In com.
sup Aph.

43.par.
4.Hipp.

17.prob.
sect. 3

accensio facta à potionē. Ebrietas inchoata saltem, hæc stuporem, illa dolorem infert, quemadmodum in febribus apparere docet. Nam æstuantes febribus interdum alienatio mentis comitatur, ut sibi ludere uideantur, & non sentire dolorē, ægrotante uidelicet mente. Verum cessante ardore febrili & iam recuperata mentis sanitatem se se ostendunt tum uis morbi, tum sensus doloris. Re medium crapulæ non aliud efficacius inuenitur, quam postridie sumpta quies & somnus prolixior, hunc succedit mollis inambulatio sub tecto uel in umbra aere sereno tranquilloq;. Hinc iterum sequatur quies, cibus sit facilis concoctionis & ex leui materia, animus nulla gratia cogitatione occupetur. Nullus autē laudatior cibus à uini crapula, quam brassicæ: sic em̄ habet Dioscorides:

τὰς ἐκ κραυπάλης καὶ οὐρανούς τε θέννυσιν ἐπιλαμβανομένην,
id est, si sensum nos iuxta uerba uelimus reddere apertivorem. Crapulæ & uini incommoda extinguit superueniens, intelligit autem brassicam autor. Rationem affert Arist. quod quicquid uinosi crudis humoris est, succus brassicæ ad se trahat, & quod superne in uentriculo remanens corpus refrigeret, quo sit ut tenues humores ad uescicam labantur. Quod quum humor utrinq; educatur & corpus refrigeretur, commode succedit liberatio à crapula. Euenit ad hæc, ut quū humores deorsum resuelluntur & excernuntur, flatum etiam secum deducāt, qui si per uinum liceat, in caput se se ferens grauitatem quandam creat, deorsum pulsus id non ualeat. Ex quo iam facile discitur, ab omni cibo inflante abstinentum esse laborantibus crapula, ceu bubula carne, leguminibus, Raphano alioquin proprietate tribuit Plinius crapulæ aduersandi. Sed animaduersum à Plinio quoque est, & ab alijs inesse odii quoddam brassicæ cum uite, quo minus mireris crapulâ uini sedari esu brassicæ, tanquam natura contrarie. Nanc̄ si uiti ipsam alligaueris inclinabitur ac dehiscet in terram. Et si quid rusticæ ob-

ca. 1114
libro 2.

Prob. 17
Sect. 3.

Lib. 17
cap. 24.

R.

DE RATIONE VICTVS SAL.

seruationis exempla ualent & auguria, copiosius proueniente brassica ad proceritatemq; aliquam insignem ex crescente, uinitores pronunciare solent eo simul anno tenuem futurū prouentum uinorum. Porro inter ipsas quoq; crapulas differētia quædam est, peiore grauioreq; existente, quæ à zytho præcipue crassæ glutinosæq; substantiæ, q; quæ à uino est; itemq; quæ à uino crasso, q; tenui:rubro, q; albo:præferendo natura, q; secus. Sed dubitari possit, an duratè crapula melius sit inchoari mensam à uino, an à zytho. Hic respondeo: Si adhuc æstum sentias præcordiorum & grauitatem capitis, hoc est, parum adhuc discussa crapula, quam tenuissimum offerendum zythum: id si desit, uinum exhibebitur debile & tenui, parcè ramen ministratum, aut alioquin non ualensissimi generis, sed aqua tēperatum, portione aquæ colata ad sensum caloris ex crapula percepti. Quod si fastidium & nausea adsint stomachi, nec multa aqua diluetur uinum, & aliquod queretur ex istis subacerbis albis, que si forte absint, permitto rubella, sed modice hausta.

Lib. 3. Nec me fugit Corn. Cellum & Plinium aquæ potionē
Lib. 23. crapula uexatis offerre: Quod ego forte in maximis ardoribus internorum concesserim, nec tamen, nisi aquæ potionis assuetis. Cæterum deferuēscente magis atq; magis crapula, restat quidem frigus adhuc asciticiū: At casu est calor naturalis in se pualatim cogitur. Huic igitur compite pre fortando fouendoq;, illi depellendo magis idoneum cedenti.

De q; etiā rit uinum, q; aqua alijsue liquor. Deinde quū ab intemperantiore uictu plurimū pituitæ colligatur, melior erit uini usus, q;pp; cui uis insat attenuādi discutiendiq; phlegmatis. Sed sunt quoq; qui quamlibet redundantia humorum crudorum in media crapula reuomant. Quod sita necessitas fert, excitandos eos ad uomitionem docet Aëtius uel ab aquæ calidæ infusione, uel immissione sola dīgitū; imperandumq; ut lecto ipsi decumbant, & somno turbulentiam sident. Est istud quidem genu-

GVLIEL. INS V: MENAP. EXVI.

minus uiolentę laboriosęue uomitionis, q̄ si suscitetur
elleboro similibusue. Laudat Galenus uomitiones oēs
sponte à natura incitatas, hoc est, faciles. Absurdum em̄
& à natura putat alienum cogere quem ad uomendum
uelle. Certe Asclepiades in totum damnauit uomitum
referente Celso, neque se reprehendere Celsus ostendit.
Si offensus ille consuetudine eorum fuit, qui quotidie
enīciendo uorandi facultatem moliuntur: utiliorem hye-
me tradit, q̄æ estate, eo quod tum & pituitæ plus & ma-
ior sublit grauitas capit. Inutilem alioquin uult graci-
libus & imbecillum stomachum habentibus, utilem au-
tem plenioribus & biliosis omnibus si uel nimium se re-
pleuerint, uel parum concoixerint. Deinde edocet eum,
qui uomere per mensem his uult, ut biduo continuet,
melius id futurū, q̄ si longioribus interuallis distinguat
uomendi tempus. Idem quoq; monet Auicēna, causam
addens, quod hoc pacto melius euocabitur è stomacho
quicquid priore uomitione relictum fuerat: sed nō uult
certos statosq; dies nobis sumendos. Paulus Aegineta li, r, c. 56
statim à uomitiōe nec copiosum, nec quemlibet cibum
concedit, sed duntaxat panem in uino diluto & odoro
maceratum, & modicam potionem. Sed intelligas ue-
lim de uomitione me hic non agere ut est de genere pur-
gationum, quæ per supernas fiunt corporis partes, quo-
modo de ipsa tractat in Apho. Hippo. & alijs, sed de leni
ore faciliorēq; quæque citra molestiam excitatur ad le-
uandum nonnihil stomachum ad præsens forte plenio-
re uictu grauatum. Dictum superius ex Celso de balneis
is erat, quatenus impleant uel extenuent, quibus illud
addimus, quod Galeno censore balnea dulcia impleant
corpus, & pinguis efficiant, eoq; hectica febre laboran-
tibus utilia, dummodo saltem moderate balnea incalu-
erint. Et quāuis Celsus doceat balneum, quo post pran-
dium lauamus, corpus implere, nequaquam tñ se tutos
ab obstructiōibus iocinoris existinet, ut Galenus inōet; Lib. 14.

li. 1. de lo-
cis affect.

Lib. 1.

Li. 10. de
mor. cur.

DE RATIONE VICTVS SAL.

de morb.
curan. Quicunque statim à cibo lauātur, præsertim si liberaliter
cibis natura crassi succi fuerint usi. Siqui tamē facile cō/
sueuerunt in balneis incidere defectionem animi, poter/
unt aliquantum cibi sumere ante lauacrum. Habet au/
tem has uires balneum, ut quæcunque concoqui possunt,
nisi plane cruda fuerint, & in summo stomacho hæreāt,
citra molestiam diffundat & dissipet, & occultas lassitu/
dines tempore suo mitiger ac refocillet. Frigida ne laue/
mus pueros, alioquin obstabimus incremento ipsorum.
Idē Plut;
in li. de tu.
bona. ual. Habetur autem usus balneariorum cholericis, quod phlegma/
ticis naturis utilior, eo quod illorum cutis densa & cona/
pacta quam sit, magis eget transpiratione & euocatio/
ne sudoris. Frequēs tamen balneariorum usus uires dissol/
uit & difflat spiritus, & stomacho plurimum nocet. Por/
ro balnea reliqua naturalia, nempe aluminosa, salsa, ni/
trosa, bituminosa, sulphurea, spectant magis ad medici/
pharmaceuticas, quod ad nostram contemplationem. Sed
nūc cursus & ordo dicendorū nos admonent, ut de affec/
tionibus animorum loquamur.

Cap. XLVII. De affectionibus animorum.

Restat ut ad extreum dicamus de affectionibus
animorum, quas plurimum eō conferre, ut salu/
briter uitam agas secusve, nemini sit dubium. Sune/
enim reciprocæ actiones affectusque animorum in corpo/
ra, horumque uicissim in illos. Separatim autem de utro/
que horum agemus, & de corporum & de animorum
effectibus. Animæ partes tres à Platone & alijs constitu/
untur. Rationalis siue λογιστική, concupiscibilis & irascibili/
lis siue, quasi dices, animosa. Quicunque igitur motus
animi modum non seruant, inquit Galeus, ex quacun/
que tandem parte oriuntur, siue ex rationali siue ex con/
cupiscibili, siue animosa, quam dicimus irascibilem, si
modum excesserint, biliosum animal reddunt. Si intra/
modum nimium subsistant, pituitosum frigidumque effi/
ciunt. Addit priorem habitudinem febres & calidiores

li. 1. de fa/
mit. tuen.

affectus, posteriorem iocinoris & uiscerum obstrunctiones, comitiales morbos, apoplexias & in summa destillationum fluxionumq; morbos excipere. Et nos tadem, ait, ægrotos quot annis non paucos persanauimus solis animi motibus ad debitum modum reuocatis. Quantum autem ualeat ad curationem morborum exploratio commodaq; tractatio affectionum, unum præ multis exemplis satis esse poterit illud Erafistrati & Antigoni apud Plutarchum, sed aquam in mari, ut aiunt, qui q; rat exempla. Ergo iure optimo uir diuinus Plato iubet In vita
Demetrii
li. 7. leg. 7. cum, qui recte uiam suam instituere uelit, nec uoluptates sequi omnino, nec dolores fugere prorsus debere, sed medium quendam habitum tenere, qualem tranquillitatem animi definit. Cicero nomen tranquillitatis uerit in placidam quietamq; constantiam. Hanc Plato ille non solum exigit à perfectis adultisq; hominibus. Sed ad hanc institui uult, quatenus per naturam licet, infantes quoque & mulieres grauidas uiris, ut nec ad uoluptates multas furiosasq; ferantur, nec doloribus agitantur, sed tranquillam pacatamq; & mitem uitam agant. Est em̄ foci natura moueri & gestire cū mater gaudio afficitur, rursus cogi in se se contrahiq; tristitia, quum male afficitur illa, qua ratione moti philosophorum plurimi foetū esse animal uoluerunt. Super quo Galenum legas uelim in suis definitionibus, & Annotationes Longolij iunioris exponentis illud Plauti in Amphitryone. Enim uero pregnanti opinor & malum dari, ut quod obrodat, sit, animo si male esse occuperit. Summa sententia Galeni est, oportere caueri omnes immodicos animi affectus, uidelicet iram, tristitiam, furorem, timorem, inuidiam, his docet corpus à naturali statu temperieq; uariari. Ira, cundia & timor introrsum sanguinem agunt, in ira tamen sanguis acceditur, præsertim existente natura biliosa, adeo, ut ira subito acutas febres quoq; parere possit. Est tamen pars irascibilis magis habita rationi obtē

li. 4. Tusci
q; sti.

In arte
parva me
dicinali si-
ue technē
sua ca. 85

Gale. li. 6
de san. tu.

DE RATIONE VICTVS SAL.

In 7. legū perans, q̄ concupisibilis, ex sententia Platonis & Ari^s
& 2. rhe^s to. Rationem affingo, quod concupiscentia non magis
torico. plerumq; ratione, quam pudore & metu refrenatur reti-
neturq; debili custode fidei & constantiae. Pars irascibilis autem motum animi libere sequitur, unde obserua-
tum à Platone est, uehementissimos robustissimosq; fe-
re in suis functionibus reperiri unice deditos hinc ratio-
nali parti illinc concupisibili, hoc est cōtemplationi &
libidini. Videmus præterea bestias ipsas, quo quæque
sunt irritabiles magis ad irā, ita plus aliquid habere ge-
nerosi spiritus. Cuius exēplum nobis dat leo præcipue-
ut uerum intelligas Naso noster illud,

de q̄ legat Et faciles motus mens generosa capit.
Pl. lib. 8. Quorum uero animaliū pedestriū quæque partis con-
ca. 16. iii cupisibilis plus nobiscum participant, ita lōgissime ab
Ponto. sunt à ratiōe, ut sues, hirci, mures, libidinosa hæc, sed im-
munda, stupidaq; animalia. An non sensum tactus &
In eādem gustus natura quā longissime discreuit à ratione & in-
sententiam tellectus ut facile iam discamus nihil esse commune uo/
Aul. Gel. luptatibus corporis cum ratione & intellectu posse. Sed
li. 19. noc. de animalibus brutis quod dixeramus, hanc habet rati-
onem, ut intelligamus illa ferri stimulis naturæ ad com-
mixtionem sexuum inter se, maris uidelicet & foemel
læ. Nos animo libidines sere sectamur & imaginatione
quoq; fabricamus species ipsas, omnis generis instrumen-
ta & irritamenta quærentes solicitandæ libidini. Quod
igitur in animalibus brutis culpamus naturę est donum
quæ tamen nihil frustra creavit. Quod in plerisq; dāna/
re hominibus possimus, consilij propositiū eorum uici
um est. Sed de Venere suo loco diximus, quamuis non
ita multum hic digressi fuerimus, moti occasione parti-
tionis Platonice. Subsequar igitur mentem Galeni, qui
etsi in Techne sua certas affectiones numerat, quibus de
statu suo ualetudo nostra diuineatur, plures tamen ad
Libr. 12. dit in Methodo sua medendi. Sunt porro affectiones a/
nimis timor subitarius & uehemens (quem ἔκπληξιν Gra-

GVLIEL. INSV. MENAP: LXVIII.

ci uocant. Præterea quæ contraria huic timori est, uoluptas maxima, πρινχεπία uocant, quasi excedens gaudium dixeris. Scimus enim amborum occasione perisse quosdam, cuius rei fidem tibi facere possit T. Liuius, quod statim à prælio commissio inter Q. Flaminium Cons. & Hannibalem meminit duarum matronarum, unam in ipsa porta urbis Romæ filio repente hospite oblatu expirasse ad primum statim occursum. Alteram cui mors filij falso nunciata erat, mœstam sedentem domi ad primum cōspectum redeuntis filij gaudio nimio exanimatam. Idem audiuimus accidisse uxori cuiusdam principis Ferrarensis accepto certo lætissimo nuncio. Plura quoque huius rei exempla me legisse scio, sed pergo ad reliqua Galeni. Nam reliqui quoque magni timores omnes & cum his uoluptates maxime, & si non iugulant, at certe infirmum facileque resolubilē spūm reddunt. De timore forsitan minor dubitatio appareat, quod ī eo spūs & sanguis (ut idē alibi dicit) intro & ad scatebrā suā reducūtur cōtrahuntur, quod sit, ut algeat partes in superficie posita. Quin subdit postea nōnullos ob timorem subitaria morte perisse, ubi debilis natura animula sub ualido pathemate oppressa, cōfertim & extincta & suffocata ē. Voluptates aut maxime, proprietim quod risus multus cōsequit, ipm etiā calorē nativiter à corde diffundit diducitque extrorsum, ductio aut spūs plane refrigeratio quod dā ē, maxime omniū crassis hoībus obest risus. Et Plato ī rep. sua, uetat nos nimirū ē profūsos in risum. Effusum em̄ risum uehemēs mutatione sequitur. Ac ibidē etiā uifus ē desiderauisse cōsuetū ingeniū & sapientiā Homeri, quod is risū nō extiguibile dixisset dijs concitatū, quū forte Vulcanū claudis tibjs pro domū uiderēt, propriatē, eo, quod affectionū ipotentia nō cadit in deos. De mutatiōe profūsum sequēte risum haud difficile sit causā reddere, quod hinc est, quod uehemētē dilatationē uehemens cōsequitur astrictio cōsuerit. Dilata^ta aut maiore in modū cor ipm quū risu cōcutimur & gaudio exultam".

R iiiij

li. 2. De
ca. 3.

In hāc sen
tēuā lega
tur Pli.li.
7.ca.3.2.
&ca.5.3.
Cice.li.1.
Tuf. quod sti.
A.Gel.in
3.noct.
Plut. de
claris mu
licibus et
Val.Ma
Lib 2. de
cau.sym.

In 3. lib.

Circa cal
ce 2. I.Ia

DE RATIONE VICTVS SAL.

Sed diceret mihi forsan aliquis, quem tu mihi terminū aut modum p̄f̄finis uoluptatum, relaxandus ne quan/ doq; est animus & genio indulgendū? Ut q; si memi/ li. 5. Tus. queris, nērīmus interim ueram uoluptatem omnem (ut Cice/ ro dixit). Non in satietate consistere, sed in desiderio. Sa/ tis enim est parum uoluptatis in uita nostra, haud aliter q; parum salis est pro cōdimento cibi, ut per scitā quan

Lib. 9.

In 5. lib.

li. 14. me/ thodi cu/ randi.

Probl. 5.
Sect. 7.

I. pro. 17
& 25.

Aphorif.
libro. 5.
In li. de tu

dam similitudinem in suis Ethicis dixit Aristo. Sed fa/ cit iudicij nostri gueſitas dicāne, an teneritudo mol/ liciesq; naturæ, ut niſi plane uoluptates nostras expleue/ rimus non satis remiſſe nobis animum uideamur. Ut iam libentius cum Platone faciam, quamuis non egen/ te censuræ nostræ astipulatione, qui in legibus suis, ut a/ libi quoq; exactissimus censor ingenij naturæq; huma/ næ, docet nos nostromet uicio iudicare medium illum/ habitum cōſtentem inter uoluptatem doloremq; tan/ quam magis doloris participatcm, expertem ferme uo/ luptatis. Sed subsequemur ſententiam & uerba Galeni,

Tristitia porro, inquit, & anxietas & ira & cura eo gene/ re ſunt noxiæ, quo frequentes uigiliæ, quoniam uires re/ ſoluunt. Tristia certe omnia tam aspectu quam auditu/ fugienda autor quoq; monuit Aristo. recitans quando

que incinſile λιτοθυμία, qui homines ſuffocari laqueo ui/ diſſent, in medio id quidem aspectu ſupplicij. Trifticiā omnem nobis eſſe inutilem & ſiccitate quadam corpus noſtrum conuertit, Solomon quoq; Prouerbiis suis e/ dixit: Spiritus triftis, inquit, exiccat ossa. Sed quū om̄is moſticia melancholicos efficiat, quo tamen ſepiuſ hæc affectio redierit, eo plus affert periculi, malū ipſum ad/ augens, & facile conuertens in ἔπι. Rursus ſi ob quamli/ bet leuem cauſam mœror accidit uel metus ſpem repe/ te extingueſ, id plane eſſe melancholicū oſtendit Hip/ pocrates, & ſi monitorem recipiemus Plutarchum, ſic end, bona affecti. Summa temperantia utemur ac fortallis admit/ ualetu, tenda eſt lenis alui subductio, humorum enim uicio uo

littaria tristitia metusq; maxime fiunt, insigni frigore laborantium, quod etiā in causa est, teste Arist. in probl. suis, quare multi sibimet necem asciscāt, extremo frigore torpentes, eosq; ut iam prope exangues pactū cum morte feriant, hoc modo se malorum suorum finē crederentes inuenturos.

Cap. XLVII. De Curis & de studijs artium.

Curis multis, præsertim circa uarias & diuersas res distētis, uires resolui, statim est dictum. Quæ si sollicita plurimum sit, & ipsa quoq; melancholiā est apta parere, monstrante Galeno. Sed & febres poterit excitare, confessione medicorum om̄ium, quod nec poëtam Horatium latuit,

li. 4. de lo
cis affec.
cap. 6.
li. 1, epist.

Dum pueris omnis pater & matercula pallet
Officiosaq; sedulitas & opella forensis
Adducit febres,

Omnis quidem mentis agitatione nimia, præsertim revocata ad contemplationem acrum & subtilium rerū, ea inquam, cerebrū desiccatur, humore autem magna ex parte absumpto, (quo quidem tanquam pabulo calor naturalis conseruatur.) necesse est calorem ipsum simul interire & extingui, & naturam cerebri frigidam & sicciam euadere: quæ quidem qualitas est melancholica, unde traditū legimus ab Aristotele in probl. suis, qd qd quotunquam clari & excellentes uiri fuerunt, uel in studijs philosophiæ, uel in repub. administranda, uel in carmine pangendo, uel in artibus exercendis, eosdem quoque fuisse melancholicos, tales narrat fuisse Salomonē, Lysandrum, & Platонem. Stultum igitur uulgus professionem artium & ipsas quoq; artes tāquam uanas incusat, nec usui subsidioq; ad longam peragēdam uitam esse cauillatur, interim ignorans à iugi & intento studio mentisq; contemplatione ualetudinē hominum doctru subinde affici. Ex quo iam facile perspicitur magnam habendam esse gratiā philosophis medicisq; prisci tem

DE RATIONE VICTVS SAL.

poris, qui propriam salubritatem negligendo studijs suis monumentisq; à se conscriptis effecerunt profecto, ut nos salubrius uitam ageremus, quicq; cum certum habent futurum, ut in mores incidenter ad speciem absurdos & inæquales ab accumulatione atræ bilis, tamē & suis & posteris seculis bonorum morum docimēta conscribere nō sunt grauati. Sed sunt tñ remedia quædam aut certe lenimenta ualetudinis incōmodorū, quæ percipiās ab assiduitate studiorū. Primū, laxatio animorū subinde studijs ipsis interposita, nam exercitatiōis quoq; facta mentio superius est, quatenus cōducat. Deinde ipsorum inter se studiorū permutatio, ut à serijs istis & gravioribus ad leuiora facilioraq; interim trāseas, maxime infestis anni tēporibus. Quo magis prudentiā requiro certarū scholārū, quibus in more & profesiōe est in medijs ardoribus & statis cōtentioēs suscipere extraordinariās, quū illud tēpus q̄eti, ocio & remissiōi animorū merito cōsueuerit destinari. Illa yō altercatiō mutua mirū quantā pariat emulationem, inuidiā, obtreccationem, quātacq; suspēdeat animū fluctuatiōe & solicitudine, dū antagonistā quisq; suū nitiū superare. Tametsi reperiuntur, qui ex illarū acerbitate contentionū singularē quandā animo iucunditatē uoluptatēq; percipere uideantur spe uictoriae & plausus auditorij freti sublati. Quā ob

Lib. 7. de rē Plato iuuētutis suā diligēs formator & publicāe transrepub. quillitatis quærendāe studiosus ab artibus & disciplinis cōtētiosis arcet iuuenturē, eocq; dialectica uerat in sua repub. percipere ante tricelīnū cuiusq; aetatis annū. Ostendit aut̄ naturā eorū, qui puberes dialecticis studijs assueuerint, pugnacē & cōtentiosam euadere in morē catellos crebro irritato. Quod iudiciū præceptūq; tāti uiri alijs expendendū relinquo, collatū ad studiū saltē quietis cōmuniſ. Tametsi plura in eā sentētiā à nobis quoq; dici possent. Certe ad cōfirmationem scriptorū suorū, si uiueret forte Plato, præsens exēplū peteret ex Germania nostra quoq;. Nā quotquot sunt homines docti, q̄

Tum iuuentus forte incidit in difficultatem istam cōtro-
 versiarū super religione nostra suscepitarum, si quādo ad
 scribendum sese dant, nescio quomodo tota scriptio a-
 cerbum & mordax, ac subinde inaequale quiddam sape
 re uideatur. Qui nisi ingenia sua musis alioquin aptissi-
 ma cōtentiosis artibus immiscuissent, et si magnam scri-
 bendi sunt laudem consecuti, maiore tamen adhuc con-
 sequi potuissent, uel suam et ipsorum confessione. Sed il-
 li omniū ineptissime faciunt, qui cōscripturi forte histo-
 rias in media rerū gestarū narratiōe per quancūq; occasi-
 onē locū faciunt alterationibus suis, hoc est in lente un-
 guentū. Sed tñ de mēte cōsilioq; eorū uiderit deus alijs,
 cui forte nostræ res erunt curæ. Nos institutū nostrū pse
 quemur, & ualeitudini consulemus hominū studiosorū.
 Qui si meā admonitionē recipiēt, à cibis difficilis conco-
 tionis & succi melācholici abstinebūt, maxime qñ co-
 gitatiōibus ualde intentis & subtilibus studijs uacabūt.
 Abstinebūt ergo à carne bubula hircinaq;, p̄sertim sale
 durata fumoq; cōdita. Innocētor tñ ouī est caro, omit-
 tāt multū esum leguminū & panis secūdarij, similiter nit
 bra crassāq; uina, nec à cibo statim literis incumbāt, sed
 post horas tres q̄tuorū secūda digestiōe pfecta. Sed nec
 sup coenā tractabūt argutæ ceu dialecticæ disputatiōes,
 inferēt em̄ capiti dolore, & grauedines cōcitabūt. Sunt
 tñ, inq; Plut. de naturis q̄stiones ut minime graues, ita p-
 babiles. Cōplures etiā narratiōes sunt q̄ ad mores p̄tinēt In ll. de tu-
 & in qbus est aliquid cōsiderādū & expetēdū, alienæ ab en. bou. ua.
 om̄i cōtentioē pugnaq;. Et fortassis expediet qbuscunq;
 studio cōtemplatiōic; uocātibus siccior uictus. Siccitas
 nāq; prudētię familiaris, ut ait Gale, in libello cui titulus.
 Corporis tēperaturā animi mores seq, in quā sentētiā ue-
 tus illud Heracliti dictū affert, ἀνγεληπτικός φωτάτης, i. splē-
 dor siue lux siccā, anima sapientissima. Certe à uictu hu-
 midiore eodēq; largiore plurimū colligit pituitæ, que sū Lib. 2, de
 cuti frigida omnia, memoriā offendit & intelligentiam, cau. sym.

DE RATIONE VICTVS SALVB.

Sed nec extreme siccum uictum uolumus, si nutriendū
recte corpus sit. Quum & ad nutritionem & ad imple-
num augendumq; corpus plurimum faciat humiditas,

Lib. 3. de
cau. sym. scribente Galeno. Sed & uacuitatem omnem curarum,
si quo ab alio, prēcipue tamen requiri mus & exigimus
ab homine literis dedito. Studiorum quippe ea natura
est, ut ægre patiantur distractionem ingenij in multas &

difficiles curas. Securitatem summam postulant animo
lege libri rum, ac fortasse Plato indulserit liberalē aliquam re-
1. & 2. de missionem interdum, ac iucundiores uini initiationē.
legibus Nam & modicis honestisq; inter bibendum remissioni-
A. Gel. li. bus refici integrariq; animos ad instauranda sobrietatis
15. noc. officia existimauit, reddiq; eos sensim laetiores, atq; ha-
atti ca. 2. biliores fieri ad acres & intentas cogitationes suscipien-
das. Et subiungit Plato, quod Gellius alioquin omittit
cognitu utile, nō esse fugiendas honestas & liberales cō-
uiuatiōes aduersus propullandam uini uiolentiam, neq;
ullum continentem prorsus aut temperantem satis fide-
liter uisum esse, cui uita non inter ipsa errorum pericu-
la & in medijs uoluptatū illecebris explorata sit. Nam

eui libentiae gratiaeq; omnes conuiuiorum incognitae
sunt, quique illarum omnino expers est, si eum forte ad
participandas huiusmodi uoluptates, aut uoluntas tule-
rit, aut casus induxerit, aut necessitas impulerit, mox de-
liniri & capi, neq; mente eius animumq; consistere. Hæc
ille: Græci, ut in multis, feliciores nobis distinguunt p/
prijs nominibus ambus æbrietates, & quæ liberalis est
& quæ mente de sede sua deturbat, hanc μεθή, illā uocat
δινωσίη, unde Plutar̄chus in libello de loquacitate, οἱ νόοι
τοι μέθης διαφορὴ ταύτην εἴριχεν, οἱ νόοι τοι μέθην ταύτην μέθη διε φλυαρίζειν
quod est, uinostatis discrimin hoc & æbrietatis esse ait,
Vinostatis quidem relaxationem seu exhilarationem,
æbrietatis autem importunam loquacitatem. Hæc ab
omnibus partibus turpem sese ostendit, illam multi sa-
pientes & docti uiri amauerunt, quorū in numero Ho-

merus præcipue & Cato uticensis olim fuerunt. Igitur si qui sunt, qui æbrietatem suam tuentur, tantorum virorum exemplum uel Platonis autoritatem concessione, sibi prætexentes, tam iudicant peruerse, quām faciunt male. Illi suis studijs & occupationibus grauiissimis illis quidem quandam saltem interspirationem eiusmodi quæsierunt, ut ad easdem redirent uegetiores lacrioresq;. Tantum abest, ut uoluntariam expetuerint insaniā, quomodo uere definiri à Catone solebat æbrietas. Eas intellexit cōuiuationes Aristoteles in Ethicis suis, tanquam plurimum utiles amicitijs hominum stabilides retinendisq;. Et Cicero in epistolis familiaribus ac itē in Catone uult nos feliciores esse Græcis in exprimenda accubatione epularum, illi quum fixerint συντοσια quasi compotationes, & σιντεπια, quasi concœnations dicas, minimum tamen rei ipsius expresserunt. Nos cōuiuum quod cum simul maxime uiuatur. Et reperiuntur adhuc tamen, qui conuiuandi morem ac uicissitudinem tanq; deo inuisam damnent, argumento illinc sumpto, quod non alio, q; conuiuiorum uicissim habitorum tempore deus grauiter imminuerit Hiobi prophetæ, alia super aliam ruinam nunciata. Qui si fuko aliquo suam adorare uelint rationem, dicant illud conuiuum fuisse Hiobi & præteritæ felicitatis finem, & initium secutarū statim calamitatum. Hęc sane argumentatio quamuis sese probabilem specie tenus ostendat, parum tamen efficit, quum plagæ illæ cœlitus fuerint Hiobi immissa, nō potius ad præsentis alicuius peccati uindictam, q; tum ad explorationem, tum ad exemplum & miraculum semipiternum inuictæ cuiusdā patientiæ: Tum ne quis spem fiduciamque reponere disceat ullam in fluxis istis conductisq; bonis, tanquam ihs uidelicet, quæ singulis horarum momētis dei subiecta sint arbitrio. Audiuiimus obiectionem τῶν φιλερημῶν οὐδὲνῶν, nunc etiam alia ex parte sententiam & consilium audiamus sapientis Deoq; char-

Sup q; legat
Piat.
in vita Ca
tonis uti
censis, &
Catonis
apud Cice
ronē con
fessio i di
alogō suo
in 9. lib.
epist. fam.

DE RATIONE VICTVS SAL.

Ecces. 3. ri Iesu Sirach: qui enumeratis multis studijs & solicitu-
dinibus hominum uanis illis quidem, tandem infert sibi
rectum uideri, nec melius esse quicquam, quam lætari
unumquenque & bene facere in uita sua. Accurrit ad e-
andem sententiam alter ille sapiens Solomon, qui nihil

Ecc. 5. aliud homini dicit optabilius, quam lætari, conuiuari,
& soluta quadam esse libertate animorum. Possent mul-
ta in hanc sententiam referri ex pluribus ueritatis scripto-
ribus, uerū hoc qui faciat, soli lumen, ut aiunt. Sed quid
illud: Quod nostra gens olim magnam utilitatem in cō-
uiuationibus ipsis & inuenit, & inuentam frequenter u-
surpauit? Scribit nanque Cornelius Tacitus consuesse
Germanos olim reconciliare inuicem inimicitias, iunge-
re affinitates, asciscere príncipes, de pace belloq; consul-
tare in medijs conuiujs. Id eo quidem consilio factum
narrat, quod nullo magis tempore uidissent, aut ad sim-
plices cogitationes patere animos, aut ad magnas rēs
incalescere; Quo uenuste allusit Quidius quoque in suis
amoribus,

li. 1. de ar-
te amar.

Tunc aperit mentes æuo rarissima nostro
Simplicitas, artes excutiente deo.

Sed quium de conuiujs loquor, non intelligo concilia-
bula ista, & gurgustia intemperantū ac æbriosorum ho-
minum. Cuperem, quoad fieri posset, cōuiua distingui,
quomodo in legibus suis Plato, ut nec numerosa sint,
nouenarium numerum conuiuarum excedentia, ne ex
conuiujs fiant conuicia. Conuicium nanque dici à con-
uocando quibusdam uideretur. Nec ita etiam uolo solita-
ria conuiuia, ut non ad minimum habeant tres cōuiuas.
Præterea optarem ut ex iussu Platonis quoq; certi qui-
dam arbitri & magistri instituerentur conuiuiorum, &
turpissimus ille mos delereret, quem increbrescere apud
nos alicubi uidemus in reposcendis bibendi uicibus, in-
tegrisque exhauiendis subito poculis, & ut certa quæ-

dam constitueretur poena ei qui forte transgressus le-
 gem conuiuorum fuerit. Et tamen, quæ peruersitas ho-
 minum est, haec inuitatio poculorum liberalis aliqui-
 bus, & ceu arrabo singularis benevolentiaæ apparet,
 quum mera sit insania ac superficiaria saltē beneuo-
 lentiaæ testificatio, per se se adeo nihil conferens ad fru-
 ctum amicitiarum, ut non aliud magis officio excogita-
 ri possit contrarium. Ut summam tandem eorum faci-
 amus, quæ ad laxationem ingeniorum contulimus. Ne
 mo studijs negocijisque grauioribus implicitus sibi uel
 inutile uel indecorum putet, quod summi sapientissi-
 mique uiri olim sibi licere sunt arbitrati, nempe ut ani-
 mus & mens interpositione amoenioris ocij, & conui-
 uiorum interdum reficiatur, quo se se melius recolligat,
 & firmius comparet ad futuros iterum labores studio-
 rum & exercitiorum. Laudata tamen à sapientibus ui-
 ri suideo rara conuiuorum interualla. Affiduitas enim
 ista & frequentia conuiuandi qurum sumptuum ma-
 gnorum fiat causa, tum gratiam ipsis adimit conuiujs,
 haud aliter quam omnes frequentes familiaritates &
 consuetudines uiliorē quodāmodo existimationē nostrā
 faciūt. Ac interim fieri uix posse puto, quin crebrius cō-
 uiuantibus nobis, & assidentium, & hospitīs in primis
 frons sermoque & epularum condimentorumque ap-
 paratus uarietasque nostram eliciant appetentiam, ac
 interdum ulterius nos prouehi edendo bibendoque si-
 nant, quam sit ex commodo ualetudinis. Cui nos con-
 sulere hactenus pro uirili nostra sumus annixi. Sed quæ
 tamen à nobis omissa sunt circa curam ualetudinis in-
 staurandæ studiosorum & quoruncunque ualde nego-
 ciosorum, supplere poterit libellus Marsiliij Ficini Flo-
 rentini de sanitate tuenda studiosorū, cui tamen nostro
 opere ceu Colophonem quendam addidisse nobis uide-
 mur. Interim ad reliqua properabimus.

DE RATIONE VICTVS SAL.

Cap. XLVIII. Docet uictum facere ad
animorum affectiones.

b. t. de sa.
tuen.

PLurimum conferre uictus rationem ad affectiones animorum his uerbis Galeni ostenditur, Manifestum, inquit, mores animi corrumpi prava cōsuetudine cuiuslibet horum cibi, potionis, exercitationis, uidendi, audiendi, totius deniq; musices. De sensibus & musicæ non dubitamus, quum nihil fere noster intellectus in sece concipiatur, cuius non speciem sensilem prius comprehendenterit, & huius ductum fere sequatur species intelligibilis dicta, ut Aristoteli appetat in analyticis posterioribus. Eximit Plato res excellentes qualq; quarum species nō sint ad intellectum nostrum perspicue fabricatae, ut diuinæ ac uim naturæ supergredientes intelligentias. Dāda igitur opera, maxime à prima ætate, ne qua species obscenarum turpiumue quarūque rerum in aures oculosue incurrat, ne molles & lasciuæ cantiones discantur. Magnam ac forsan inexplicabilem uim habere musicen ipsam animos nostros afficiendi, & in quam uel cunque partem agendi, barbaræ quoque gētes nouerunt, ne iam fabulas veterum consectemur. Scribit Plutarchus Scythes ipsos quū magnopere sele uino induisse cernerent, instrumenta certa musici generis pulsare consuesse, ut discussis uoluptatibus animum ad pristinā continentiam ac moderationem reuocarent. Sed quod pro ciborum potionisq; natura ipse quoq; afficiatur animus, efficacissimum sumit argumentum Galenus à ui & effectibus uini, quod animi tristitiam ac mœrorē manifesto discutiat, & pusillanimitatem tollat; Refertq; Zenonem philosophum dicere solitum, quod sicuti lupini in aqua macerati suam amaritudinem remittentes efficiuntur dulces, sic se uino utente exhibarescere. Et Atheneus in Deipnosophistis carmen hoc uulgo usurpatum fuisse scribit, οἶνος ἔρωτε γέροντα σύκη, ἀπέλοντα χορεύειν, id est, Vinum cogit senem ut modo nolit choreas ducere.

In Mene
xemo.

De hoc post Platonē i rep sua etiam docte lu culēterq; scriptis Iacob. Sa doleus in li. de insti tuēdis li beris.

In uita Demetrij Regis. In libello cui titulus Corporis tēperatu rā animi mores se qui.

GVLIEL. INSV. MENAP. LXXIII.

Plato quoq; in legibus suis tantam uarietatem ingenio Lib. 5.
 rum, naturarum, moꝝ, quum ad alia, tum etiam referat Idē uidet
 ad cibos, quibus uescamur plerūq;. Tenere te memo- Cice, li. 2
 ria opinor, quæ ex Plinio aliás descripsimus, mutuata ta de natura
 men à Platone, quod dulces succi animum mitigēt, sua deorum :
 uioremq; reddant. Præterea quæ de fabarum inutilita- Lib. 2 2,
 te scripsimus, quatenus eſus earū ingeniis officiat. Illud
 extra dubitationem omnem plane est, quod quo subti-
 lior, purior, meliorq; sanguis fuerit, consimiles futuros
 spiritus. Certe ex cibis crassi prauiq; succi haud bonus
 & clarus gignitur sanguis. Probatum ergo relinquitur,
 quod Galenus uolebat, animos nostros affici pro natu-
 ra ciborum & potuum assumptorū. Attigit paucis, sed
 luculenter hoc etiam Nicolaus Leonicus Thomaeus in
 suis illis dialogis, quibus titulum prætulit Seuerini, Phœ-
 dri, Sannuti, Bembi, Sadoleti, Bonomii, ne meritas lau-
 des ipsius taceamus. Certe quicunque cibi succi pituitosi, lib. 2, de
 sicuti frigida omnia, memoriam offendunt & intellige- cau. sym.
 tiam, ut Galeni uerbis ostēditur in libello de causis sym
 pto. & in libro cui præsentis argumenti proprius est titu- Eadē pro
 lis, quo quidem in loco, sicuti post eum Plutarchus, ci- pmoq; uerba ci-
 tat hæc uerba Platonis sententiam modo prolatam fu- li, de tuen-
 sius explicantia. Acris enim, inquit, & falsa pituita, ad bona ua.
 hæc amari biliosiq; humores corpus pererrantes, si non Vt rē in-
 exhalat, sed intro uapores suos retinent, uehementer a- telligas,
 nimi statum intemperie sua permuntant, morbosq; om̄i- Sedes ani-
 genos plures paucosue pro mole uig; sua producunt, si me ratio
 ad tres animæ sedes perducantur, atq; pro locorum ua- nalis ē in
 rietate uarias quasque species generant impatientiæ, lan- cerebro,
 guoris, audaciæ, rursus & timiditatis, insuper obliuiois, irascibilis
 & hebetudinis. Breuiter tādem posse nos plurimum lu- in corde,
 criticare ex recta uictus dispensatione ad bonos mores, cōcupisci
 illud abunde est documento, quod partim intemperan- bilis in ie-
 tibus, partim absurdis & inconditis moribus conspici- cinore, te-
 untur, quotquot uentri & abdomini inseruiunt. Offen- li. 3 : de lo
 cis affec-

T

DE RATIONE VICTVS SAL.

dat igitur nos alieni foeditas exempli, quotquot habet
homines cordati uolumus. Rapiat nos ad se se species
pulcherrima honestatis, & excitet æmulatio bonorum
frugaliumq; uirorum, si sanam & felicem agere uitam
cupimus, si grati & commodi omnibus esse uolumus.
Sed ipsa prolixitas scriptorum & instantia iam negotia
nos admonent, ut ad calcem operis pergere festine-
mus.

Caput XLIX. In quo autor leuiter
quædam perstringit ad affectiones animo-
rum pertinentia, & h̄sdem quoq; meden-
dis studet.

In Tusc. q̄stio, bis terue. In li. i. epist. fam. in ora. p. Se-
xto Ros. Amerino et in ora. p. M. C. lio.
SI Marcus Tullius Cicero pulchrum duxit in exprimendis studijs affectionibusq; hominum opiniones & placita philosophorum summorum subinde expressere comicarum personarum exemplis, mihi profero licebit effigiem aliquam exhibere impotentis sibi met parum constantis hominis, ut ea perspecta, ture teor pro tua prudentia intelligas, quam turpis & indigna bono fortisq; uiro res sit, animo esse fluctuanti, & in star procellæ maris hac illac repente iactati. Certe in libello suo Galenus cui titulum præfixit, animi mores effungi iuxta corporum temperaturam, ponit in uito illâ non commensuratam affectionem ac proclivitatem & uehemetiam animorum. Et hercle res sic habet. Etenim quid deformius, quid magis præter naturam, quam animorum impotentia uarietasq; nimium in hanc illam ut partem propendens? Quam uarium & inæquale ingenium Menedemi patris à Teretio describitur, dum ille modo parcere rei & reservare filio substantiam omnem uult, modo uariata sententia, sinit & indulget. Sunt hæc quidem uerba ipsius, Nam usque dum ille uitam incolit

GVIEL. INS V: MENAP. LXXIII.

Inopem carens patria ob meas iniurias
Interea illi usq; de me supplicium dabo
Laborans, quærens, parcens, illi seruiens.

In Heau-
tōmori-
meno.

Et paulo post.

Decreui tantisper me minus iniuriæ
Chreme, meo gnato facere, dum siam miser.

Cæterum post aliquot Comedæ actus dum à Chreme
te arguitur, quod in utraq; partem sit uehemens nimi-
um, & illius se fortunam dolere idem Chremes signifi-
cat. Audi quām Menedemus sibimet immutetur,

Faciat, inquit, quod lubet

Sumat, consumat, perdat, decretum est pati

Dum illum modo habeam meum.

Hæc omnia sunt impotentis hominis uerba sibi quemecum
parum cum ratione constantis, quæ quidem uacillatio
& uarietas animi huc illuc sese uersari rapiq; finentis sa-
pienti uiro eidemq; ualeutudinis suæ conseruandæ studi
oso magnopere est fugienda, & ut alias nos Plato docu-
it, medius quidam habitus retinendus in omni uita. Ve li. 5 dele.

niatque in memoriam subinde illud Chilonis Lacedæ-
monij oraculum uerius quām præceptum, quod ob no-
bilitatem suam consecratum aureis literis olim apud
Delphos fuit, si Plinio credimus, illud uidelicet, Ne qd
nimium cupiamus. Quod quum semper & apud omnes li. 8 natu-
facere nos deceat, ut continentiam & moderationem hist. c. 3 2.

conseruemus, eo tamen diligentior cura reponenda, ne
quid aberretur, quo magis nostra uita & actiones forte
patebunt hominum censuris. Statara enim pēdente (ut
dici solet) minima quæque suum pondus habent. Quis
quis igitur recte consultum uollet salubritati suæ, idem
& qualitatem conseruare in omni uita sua debet, & for-
titer dimicare aduersus tū uoluptatem, tū dolorē uehe-
mentē, ambos grauissimos hostes animi, ut aptissime in
suo Thymo Plato idicauit. Nā ut ipe eodē loco scribit,
Quimia gestit laetitia, uel nimio dolore deprimit, dū illā

DE RATIONE VICTVS SALVB.

Auidius asciscere, hunc uitare obnoxie conatur, necq; cer-
nere, neq; audire quicquam recte potest, sed rabie surit,
& in eo habitu constitutus minime est ratiōis compos.
Quod si ita nos comparabimus, ut aduersus insultus ui-
olentiorum perturbationum perpetuo animum infra-
etum & imperterritum geramus, iam ne cogitatio qui-
dem à nobis suscipietur depellendarum leuiorum per-
turbationum. Etenim sua sponte abibunt & euanescēt,
tantum aberit ut animum concutiant. Sed enim quum
omnem cautionem diligentiamq; nos adhibere oportē-
at, ut animi fortitudine occasionem omnem anteuenia-
mus perturbationum futurarum: Tum illud præcipue-
cīs ac uix scio an ulli socratica constantia & ingenii uul-
tusq; perpetua moderatio sit concessa. Nota est hominis
ad iniurias omnes muliebris patientia. Cum iucūdis &
charis uiues. Deinde uidendum in quali tu uicinia mo-
reris, nam ut sapientissimus quisq; fuit, ita libenter ratio-
nem gessit uicinitatis. Et Cato quo pacto niteant uicini-
spectare uoluit bonum & elegantem patrem familias.
Themistoclem etiam ferunt, quum prædium uendere
uoluisset, enunciare iussisse præconem, quod bonos ha-
beret uicinos. Et senex ille Terentianus, dum plus satis
cum se respexisset uiciniae suæ admonetur. Quid si ma-
lum habeo uicinum? inquit. Iam propius ad te accedēs,
uel potius intra te recedens, animum ad omnem mode-
rationem & patientiam instrues, multa tecum leniter fe-
renda ducens, minime ad uindictam te comparabis, sed
aliorum uel iniurias, uel importunitatem(quatenus fie-
ri possit) beneficia obrues tua, uel certe sustinebis quā-
ta poteris & equanimitate. Hac siquidem ratione plurimū
in uita nostra ferenda, ut benevolentiam & studia homi-
num retineamus. Namq; X̄ριστος Χριστός, ut est in uoce

Li. 1. rei
rultice.

ri Græcorum proverbio, hoc est, gratia gratiam parit,
 Et ut quidā sed in alio argomento dixit. ut ameris amar
 bilis esto. Iam uero etiam sunt curæ quædam & inqui
 tudines perpetuae ortæ à parte animi, quam concupiscir
 bilem interpres uocant, nostris mentibus, ut Plato ad Lib. 8. de
 uerit, sub specie honoris & amplitudinis imponentes, repub.
 eoꝝ libenter à nobis solitæ suscipi. Ambitionem hanc
 uocamus, quā prodit idem autor perpetuo sequi, quo
 partes ambæ ducant tam irascibilis & concupiscibilis.
 Certe ita iactat & fluctuare facit ambitio animos homi
 num, mea quidem sententia, & ad omnem casum me
 lioris euentus suspensos intētos retinet, uel auersa nō
 nihil fortuna uultu suo, ut in medijs tempestatum hor
 roribus nautæ sibi spes singunt, & ex spe uoluptatē qua
 lem cuncte concipiunt. Poëtæ quidem ipsi ambitionem
 miseram suo epitheto singunt. Iure miseram uocat, quæ
 quos semel appræhēdit irquietos, & ex liberis seruos
 ac captiuos facit, dum quasi pedicis quibusdam impedi
 tissimarum cupiditatum honoris & imperij constrictos
 retinet. Quæsitus enim Apollo à Gyge rege, quibus o
 mnium esset mortalium felicissimus, non ipse diuitum
 circuit domos, non regum palatia perlustrauit, sed rur
 ipsum perquisiuit ex media plæbe Aglaum psophidiū
 quendam proponens rusticum, prædium illud suum an
 nus uictibus large sufficiens probe colentē, nec unꝝ ex
 eo egressum, nec cuiusq; pterea rei cupidū. Certe, quod
 fas sit dicere, plerique omes huic uicio nos implicamus,
 rarissimi sunt ἀφιλοτεμόι, medium qui inter ambitiosum
 & expertem ambitionis sit, uix mihi dabis, eoꝝ Aristo
 teles regionem medianam uacuanam statuit inter ambitio
 nem & huic cōtrariam ἀφιλοτεμόν, nec nomen inuenit in
 illa quamlibet diuite & iactabunda uerborum græcia,
 nisi quis forte ingenij subtilitate, uel cōfusa potius ima
 ginatione medium aliquem sibi proponat singatq; inter
 ambitiosum & aphilotomon. Cui quantum tribuendū .

DE RATIONE VICTVS SALVB.

fit, uiderit schola philosophorum. Quod ad nostrum institutum attinet, certum tibi aliquod genus uiuendi animo statuendum, ordini, generi, aetati, ualeitudini tue conueniens. quod quum asscutus forte fueris, mente pacata tranquillatq; deinceps uiuas. Ac dicet forsan aliquis, & donum & uitae genus quale decebat ego institui, sed intercurrunt nihilominus frequenter animum turbanitia meum, qui ut modo robustus plurimum sit, tamen pulsatus iniuriarum & molestiarum omnis generis tum magnitudine tum crebritudine aduersus tam uim & impetum non ualeat obsistere. Possem ego plura hic afferre, quae sparsim medendis animis nostris, docti olim uiri literarum monumentis crediderunt. At ea in huc librum prorsus congerere uelle, fortassis alienum uideatur a scepto proposito, uerumenim uero, quia nostra professio requirebat ut affectiones animorum, cuiusmodi modo essent, plurimum mometi doceremus afferre ad corporum sanitatem ægrotationemque, nihil omnino abs re fuerit in summæ speciem remedia contrahere ægre affectionum animorum, quamuis retro scripta plurimum etiam eo conferant. Ac primum quidem ægro animi, quicunque tandem laboret affectione, uirtutis laus & species honestatis, ante oculos proponenda liberaliter est: edocendusq; que sit ipse salutis, honoris, dignitatis, fortunæ, ualeitudinis detrimenta percepturus, nisi se continenter temperanterq; habere discat. Turpe esse luxu diffluere, in decorum angore tristitiaq; confici, inhumanum efferrari cupiditate male meritum ulciscendi, & a pietate omni esse alienum contabescere quem odio & inuidia. Deinde persuadebimus ita laborante, & ægritudines, & morbos omnes animi esse uoluntarios, ipsorumq; eo suscipi, quod sic rectum esse uideatur. Malum omne in opinione potius, quam rebus ipsis consistere. Quod nisi priores illæ radices & fibræ omnes stripitus euellantur, futurum, ut

Exigritudo animi vires acquirat, cōfirmetur, propagetur;
 Deinde quum hoc peractum erit, non inutile fuerit ex
 sacris literis aliquid de promere, quod ad consulendum
 consolandum uidebitur ualere, ac in primis quidem
 docere, quam deo discipliceant curae, solitudines, an-
 gores pro rebus istis temporarijs susceptae, eo quod ad
 iunctam ferē diffidentiam habeant dei bonitatis & iusti-
 tiae. Quod nullus mōror, nullus dolor, nullæ lachry-
 mæ nostræ deo placeant, nisi quas pietas & commisera-
 tio expressit alienæ sortis, & offensio dei, & neglecta fa-
 lutis propriæ cura. Quod si nostros met casus, uel eorum
 qui nobis chari sunt deflemus, putes orbitatem, morbi,
 damna, exilia, pericula, satis manifester conuincitur nos,
 nec in numero hominum perfectorum habendos, ut q̄
 rum uoluntas non consentiat cum uoluntate diuina,
 nec etiam fortium. Sunt enim luctus & heiulatus mulie-
 rum potius quam virorum. Tame si legimus muleres
 quasdam magnis & excelsis & infractis animis fortunæ
 grauissimos ictus pertulisse. Inter quas principem locū
 fortasse merito teneat Cornelia Tyberij & Caij Grac-
 chi mater: Nam quod ad officium consolandi pertinet,
 illud in eo consistit, ut Cicero indicat, ut tollamus ægri-
 tudinem funditus, aut sedemus, aut detrahamus quam-
 plurimum, aut supprimamus, nec longius manare sīna-
 mus, aut traducamus ad alia. Quo quidem in loco idem
 ostendit in cōsolationibus primam medicinam esse do-
 cere, aut nullum malum esse, aut admodum paruum.
 Alteram, ut & de communi cōditione uitæ, & proprié-
 de eius qui mōreat conditione disputemus.

Tertiam adhibet medicinam, ut crudiamus laboran-
 tem, summam esse stultitiam frustra confici mōrore,
 quum intelligas nihil posse profici. Et hæc quidem
 ad tollendum, leuandumve dolorem accomodata.

Lege iau-
 ditū exē-
 plum for-
 titudinis
 muliebris
 apud Plu.
 i uita Ty-
 berij &
 Caij e
 Graccho
 rum fami-
 lia.

DE RATIONE VICTVS SAL.

Quæ sequuntur autem poterunt ad omnes comprimendas immoderatas illicitas affectiones animorum esse communia, ut terrorē pœnarum obiciamus intemperanter libidinoseq; uiuentibus & ineffabilem amoenitatem gaudiorum proponamus cōtinenter frugaliterq; uiuentibus, quam utrique, ut in suo quique genere, non hic in præsentī modo, sed in futura quoque uita sint percepturi. Huc conferet etiam proposita conscientiae tranquillitas. Etenim inutile omnino illistudium erit comparandæ sibi firmæ ualetudinis, cui mens est irrequieta & stimulis agitata conscientia. Et Plato quidem ipse in sua repub. ac huius indiuiduus ubique & professus comes Cicero, tantum ualere putant recordationem prioris ætatis honestæ splendidae transactæ, ut negent quicquam omnino iucundius reperi, licet errores pueritiae facilius toleremus, ob nondum confirmatam illic rationem. Quin subiungit prior ille, eorum qui flagitiose insolenterue per iuuentutem omnem uixerint, eorum inquam animos perpetuam subire mœsticiam & angorem & ad extremum quandam superuentre pusillanimitatē & diffidentiam, tanquam præfagiente sibi natura & animo, affore breui quidem diem illum, quem de uita præterita deus ipse sit exacturus rationem. Quamobrem uel remisq; ut aiunt iuuentus fugiat futurum illud discriben, non modo angoris, quem necessario expectent turpiter & libidinose uiuentes usque ad senectutem, ad quam tamen forsitan pauci perueniemus, sed multo maxime deuitet iuuentus ac omnis ætas quoque futurum illum cōscientiae horrorem & cruciatus, qui quidem id sunt menti humanæ, quod nebulæ, caligines, turbines, cenebrae aéri, uel potius quod impius furiae æternales. Pu in omni statu fortunæq; cōseruate, qui fructuosam collcare operam circa tutelam ualetudinis cupitis. Hoc si p' petuo facietis & hic tranquillam ac salubrem, & huma

Lib. 5. de
repub.
li. 3. Tus.
questio.

GVLIEL. INSV. MENAP. LXXVII.

nisi rebus exempti felicem beatamq; uitam agetis. Descripsi rationem ac summam quandam tuendae sanitatis, pro modo ingenij iudicijq; mei, quantumq; inter multas meas & varias occupatiōes licuit. Ab lectore autem hoc postulo, ut & studijs meis faueat, & officium gratis animis suscipiat; id si fieri, abunde magnum fructum impensi laboris mihi uidebor consecutus.

F I N I S.

E R R A T A.

¶ Folio 1. pag. 2. uerf. 18. post uerbū exquisitā, adde, curio/ sitatem, fo. 3. pag. 1. uer. 13. pro equaliter lege equaliter, fo. 2. 6 pa. 1. uer. 3. 2. pro ad lege ante. 10. 1. 3. 1. p prius sit peius. 13. 1. 9. pro inimicā legē mimicā. 18. 2. 2. 1. pro datos uadatos. 19. 1. 19. ex desidiosa uita in negotiosā. 19. 1. 12. p nauigio nauigatio

112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

